

1668.

1. Schultze, Bernhardus: Operales jus ineq. ad P. usq.
leganda III Casus. III quest. I.

2^a Schultze, Bernhardus: De jure naturali. 2 Sampl. 1668
1676.

1669:

1. Schultze, Bernhardus: de oppositione tertii seu
juri interventionis.

2 Schultze, Bernhardus: De natura, affectibus
et differentia rerum mobilium et immobilium.

1670.

1. Schultze, Bernhardus: ~~Exp~~ Supplanatio precepti decalogi:
non occides.

1671

1. Potelius, David: De jure possessionis.

2. Schultze, Bernhardus: Non furtum facies.

3. Schultze, Bernhardus: De traditione ficta.

1672.

1^a Schultze, Bernhardus: De alienatione bonorum ecclesiarum
licorum. 2 Sampl. 1672: 1712.

1672

2. Schultze, Bernhardus : De Indaciis.

B. Schultze, Bernhardus : De bonis ecclesiasticis

1673.

1. Schultze, Bernhardus : De bonitate monachae

2. Wippsornen, Engelbertus : De furtis

1674.

1. Pinner, Johannes Helphicus : De retracta consanguinitatis



10

2 *Handwritten text, possibly botanical or scientific notes.*

3

Handwritten text, possibly botanical or scientific notes.

10

Handwritten text, possibly botanical or scientific notes.

2

Handwritten text, possibly botanical or scientific notes.

10

Handwritten text, possibly botanical or scientific notes.









9. 642
Dissertatio Juridica Inauguralis

DE
Oppositione Tertij

SEU 1669, 1.
Jure Interventionis, 4

QUAM
DIVINA FAVENTE GRATIA

EX
DECRETO ET AUTHORITY
Magnificæ, Nobilissimæ & Amplissimæ
Facultatis Juridicæ

IN
ACADEMIA HASSO-SCHAUMBURG
PRÆSIDE

DN. BERNHARDO

Schulken

Jcto & Antecessore hujus Acad. longè celeberrimo, Facultatis Juridicæ
DECANO, Consiliario Hassiaco.

Domino Patrono ac Promotore suo æternum venerando,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA, ritè ac solenniter capessendi.

Publicæ ac placidæ Doctorum censura submittit

ADAM LUDOLPH *Beder.*

IN AUDITORIO ICTORUM diebus Decemb.

RINTHELII, Typis imprimebat G.C. Wächter/ Acad. Typographus,

NIED.
CRS.
LIE

17

Oppositionen

Justitienrat

Dr. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.

ACADEMIA

DR. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.

Dr. phil. h. c. h. h.





Q. D. B. V!

THESIS I.



Uanquam iudices, homines cum sint, & affectibus in transversum agi & per ignorantiam falli possunt, uti ii qui Socratem damnarunt, & qui Rutilium, quorum hos causam dicturos omnibus seculis dicit Seneca de providentia, III. & in damnatione majorem fuisse poenam Reipublicae, quam Rutilii, Cicero ad Pisonem; Attamen, ut finis sit litium, res iudicata, si legum solennia sint observata, vim veri habere debet; Valet enim, ut Aristoteles ait, civiliter & ad publicam utilitatem, quia status Reipublicae maxime rebus iudicatis continetur, ut ait Cicero pro P. Sulla, Vid. Grot. in flor. sparsion. ad Jus Justin. ff. h. t. De re iudic. Hinc propter auctoritatem rei iudicatae statuitur sententiae, a qua appellatum non est, quam auctoritatem iudicatis dare publica suavitudo, alioqui modus litium multiplicatus inexplicabilem adferret difficultatem, l. 6. de Except. rei iud. Non est quidem tanta vis sententiae, ut obligationem civilem vel naturalem tollat l. 60. in princ. de cond. indeb. Iudex enim non hoc agit, ut obligationem aliquam tollat, sed ut quid in veritate sibi videatur, pronunciet; Itaque reum absolvit, non ut liberet obligatione, sed quia illum non

A 2 putat

NIEDERS. LIE



putat esse obligatum, ideòque obligationem, quæ reverà à parte rei subest, non perimit, Bachov. *ad 4. partem Chiliaeos Fabris de error. pragmat. de cad. 98. c. 7. & seqq.* Comparata tamen est rei judicata exceptio tuendi ejus rei causâ, qui sententiâ judicis absolutus est. §. 5. *Instit. de Except. ibig.* Bachov. & Vinnius, quam exceptionem à nullo iudice rejici oportere refcripsit Pontifex *in c. fin. de Except. in 6.* Res itaque judicata, quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accepit, quoad effectus juris pro veritate habetur, l. 207. ff. de R. J. l. 25. ff. de statu hom. l. 3. §. 2. ff. de reb. cor. qui sub tut. l. 1. in princ. ff. Quæ sent. sine appell. l. 29. §. 1. ff. de stat. lib. l. 36. ff. fam. ercisc. l. 1. C. de cond. indeb. Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 23. n. 13. in fin. Marpurg. Vol. 3. conf. 32. num. 102. & 177. & Vol. 2. Confil. 300. n. 103. & seqq. Thom. Merckelb. in conf. Klock. tom. 2. conf. 52. n. 117. & Thom. Michael tom. 2. conf. 45. n. 1. 2. 3. 4. 5. & Klocken. in votis Cam. relat. 33. n. 41. Exceptio verò rei judicatae non aliter agenti obstat, quàm si eadem quæstio inter easdem personas revocetur l. 3. ff. de Except. rei jud. Itaque tunc demùm nocet, si omnia sint eadem, idem corpus, eadem quantitas, idem jus, eadem causa petendi, eademque conditio personarum, quæ qualia sint, latè explicatur in l. 12. cum seq. eod. Marpurg. Vol. 1. conf. 26. n. 96. n. 32. Thom. Michael conf. Klock. tom. 2. conf. 96. n. 32. & Thom. Merckelbach. d. tom. 2. conf. 97. n. 39. 40. 41. Licet enim res judicata jus faciat inter partes litigantes; Quod si tamen alia sit conditio personarum vel rerum, vel alia causa petendi, res judicata non nocet, Klock. in vot. Cam. relat. 3. n. 360. quia sententia de una re dicta, ad alias res, quæ in iudicium non sunt deductæ, & ad alias personas contra principia rectæ rationis non est extendenda, l. 63. ff. de re jud. t. t. C. Quib. res jud. non noc. c. 17. c. 25. X. de re jud. l. 10. ff. de except. Hartm. Pift. part. 4. g. 29. num. 1. Carpov. de J. F. R. S. p. 1. c. 26. d. 15. Marpurg. Vol. 3. confil. 22. n. 7. quod tamen cum hoc temperamento accipiendum, nisi ratio decisionis posita in sententia in casu non expello obtineat, tunc enim sententia ex identitate rationis ad alios casus extendi debet, Merckelb. in d. conf. 97. n. 22. & seqq. quæ etiam in nonnulle-



nonnullis casibus aliis præjudicat, veluti si tertii jus ab experi-
 entis jure tanquam accessorium pendeat, quod maximè con-
 tingit in causis præjudicialibus de statu, l. 25. ff. de statu hom. l. 27.
 §. 1. ff. de liber. caus. Barbof. in collectan. ad c. 17. n. 18. de re jud.
 Illico Umm. Diss. ad process. 19. n. 52. idèdque obtinet si de ju-
 re primogenitura aut fidei commissi tractetur, ut sententia lata
 noceat iis, qui post primum vocantur, arg. l. 29. ff. de inoff. test.
 Alvar. Valasc. de jure Emphyt. q. 10. n. 3. Pinell. ad Auth. Nisi
 n. 29. 50. C. de bon. mat. Carpzov. 7. F. R. S. p. 1. c. 26. d. 16.
 quæ & contra heredem dicta nocet legatariis & fidei com-
 Peregrin. de Fidei com. art. 52. n. 40. & seqq. & contra subdi-
 tum & vasallum domino circa possessionem non quoad pro-
 prietatem Valasc. de jure emphyt. q. 38. n. 35. Et generaliter
 contra cives vel homines alicujus collegii lata præjudicat omni-
 bus sequentibus, licet non sint heredes condemnatorum, Me-
 noch. consil. 390. n. 37. & 38. Gvid. Pap. decis. 549. nec non pro
 herede debitoris lata creditoribus etiam non vocatis Carpz.
 7. F. R. S. p. 1. c. 26. d. 17. plures casus refert Barbosa in col-
 lectan. ad c. 17. X. de re jud. Illico Umm. Diss. ad proc. 19. n. 52.
 Vincent. Honded. Vol. 1. consil. 28. Hartm. Pist. p. 4. q. 29.
 Anth. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 25. d. 1. 2. 5. Ne igitur sententia la-
 ta aliis noceat, non sine justa ratione jus interventionis est in-
 troducendum, cujus beneficio tertius in judicio jura sua dedu-
 cere potest, ne sententia lata sibi præjudicet: cujus interven-
 tionis sedes est in l. 63. ff. de re jud. c. 17. X. de sent. & re jud.
 Mornac. ad l. 29. ff. de inoff. test. Argentr. ad consuet. Britan.
 art. 236. Apud Areopagitas lege olim sancitum fuisse fertur:
*Ne quid fas esset dicere, quod ad rem & propositum non attine-
 ret.* Fretus illorum autoritate, multa de utilitate & nobilitate
 hujus materiæ in medium afferre possem, sufficiat tamen cum
 Seneca dixisse: *Res ipsa comprobabit.* In animum itaque indu-
 xi meum hanc materiam non quidem pro ejus dignitate sed pro
 viribus mei ingenii, quam imbecillitatem ingenue fateor, &
 idèd errorum æquiores censores, mihi promitto (oculatissi-
 mis enim interdum deficiunt oculi) quâ potero brevitate per-
 tracta-

A 3

NIED
RS.
LIE



tractare, & pro consequendis honoribus Doctoralibus publico examini offerre. Ut verò certo ordine progrediar, primò de varia significatione vocis interventionis & quomòdò illa describi possit, agam. 2. Exhibebo personas, quæ tum pro se tum pro aliis intervenire possunt. 3. Pertractabo, quænam sint probanda ab interveniente, ut interventio admittatur. 4. Exanimabo causas in quibus interventio locum habeat. 5. Disquiram de iudice, coram quo interventio fieri possit. 6. Quis sit finis & effectus interventionis, explanabo. Deum Optimum maximum supplicibus suspiriis venerans, ut suo auxilio mihi adsit, quò institutum laborem ad optatum finem perducere possim!

II. Doctor publicus humani generis & summus sapientiæ ædituus Aristoteles, post. Analyt. t. 2. ad quæque cognoscenda duo prærequirit: Alterum *ὅτι* quod, seu An: Alterum *τί*, quid sit τὸ λεγόμενον. Prius colligi potest ex txx. supra allegatis, in quibus materia hæc suam sedem habet; Alterum expediri potest per definitionem, quæ est duplex: Nominis vel rei, hæc quidem potior est, altera tamen prius tractanda venit secundum Ulpian. in l. 1. pr. ff. de f. & f. ibi: *Juri. operam daturum nō esse oportet, unde nomen juris descendat.* Interventio ab Interveniendo dicitur.

III. Intervenire dicuntur (I.) Qui obligationem alienam quamcunque & cujuscunque sive veterem sive novam in se suscipiunt, pro alio sive iudicando, mandando, constituendo, ex promittendo aut novando l. 6. §. 8. ff. ad Sctum Fellej. l. 18. C. eod. l. 7. §. 3. ff. de minor. l. 3. §. 1. C. de Vsur. rei jud. Wilsenb. ad l. 2. n. 2. ff. de R. f. Dn. Struv. syntagm. Jurispr. Civ. Ex. XXI. th. 3. (2.) Qui pro alio in iudicio consultant l. 10. ff. de in ius. voc. (3.) Qui liti inter alios motæ pro suo interesse, quod explicat Umm: Dissp. 21. num. 56. Bechman in Comment. Pandect. tit. de legat. p. 257. se immiscent.

IV. Et hoc sensu Interventio est ejus cujus interest, liti inter alios agitata proprio motu facta participatio Vultejusl. 2. f. R. cap. 20. n. 65. statuit interventionem esse interpositionem;



nem; Et quidem non negamus, omnem interventionem facere
 intervenientem litis participem, atque positâ interventione pont
 simul participationem litis; Verùm dubitamus, An verbum
 interpositionis naturam interventionis satis adumbret, Inter
 ponere enim est quasi se medium inter alios facere, quod non
 fit in omni interventione, veluti in casu, quo interveniens alterâ
 litigantium adfuit. Quare tutius est, si interventionem per litis
 participationem definiamus; Quocunque enim modo tertius
 intervenit, litis motâ sit particeps. *Frid. Mindan. l. 3. de continent.*
gaut. cap. 8. in pr. Additur in definitione proprio motu, ut distin
 guatur interventio à denunciatione & nominatione *Umm. Disp.*
11. n. 2. Licet enim & hic sit litis participatio, non tamen sit
 proprio motu, sed ad requisitionem alterius; De nunciatio enim
 in eum finem fit, ut auctor ad Judicium veniat, *l. 29. §. fin. ff. de*
Evict. Judicio ccepto & controversiâ motâ adfuit, illamque
 instruat, *l. 23. C. eod. litem suscipiat, l. frem 62. §. h. c. ff. eod. de*
nuncians indemnis servetur, l. 20. & seq. C. eod. omneque da
mmum ob evictionem à venditore repeti queat, l. 17. C. eod. Add.
Carpz. lib. 3. tit. 2. Resp. 16. 17. licet laudatus auctor cogi non
possit, ut litem in se suscipiat Hartman. Pist. obs. 2 28. n. 11. Joh.
à Sande lib. 1. decis. Fris. tit. 1. def. 5.

V. Quibus sic præmissis videamus de personis. Omnes
 illi, qui legitimam standi personam in judicio habent, inter
 venire possunt arg. l. 1. 2. *C. Qui. leg. pers. stand.* Qui enim est
 inhabilis & incapax judicii, intervenire non potest, *Rutger.*
Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 8. c. 8. n. 1. quod explicat *Van*
tius, De Nullitat. tit. Quis possit dicere de null. n. 29. 30. Umm.
Disp. 11. th. 3. ut procedat in interveniente, qui vices actoris susti
 net, non verò in eo qui ad defendendum accedit, & vices rei
 subit. Hinc Dominus pro servo & subditis rectè intercedit *l. 18.*
ff. de Appellat. Klock. tom. 1. conf. 29. n. 903. & seqq. & Thom.
Merkelb. d. tom. 1. conf. 12. num. 52. & seqq. Ad officium enim
 Magistratus pertinet, pro defensione jurisdictionis suæ jura
 subditorum facta tectâ conservare & in antiquis libertatibus
 juribus & privilegiis eos tueri, nullas innovationes admittere
Carpz. 7. F. R. S. p. 1. c. 3. d. 31. Gail. de arrest. c. 8. n. 12. Klok.

RIED
 ERS.
 ALIE

tom. 1. *Conf.* 8. n. 175. *Mevius de arrest. cap.* 19. n. 6. & ad jus Lubec.
lib. 5. tit. 3. & *art.* 4. n. 18. 19. & *part.* 4. *decis.* 380. & Injuria illata
subditis ipsi Domino illata videtur *Gail. De Pignor. c.* 6. *num.* 11.
Farinac. in pract. Crim. q. 107. n. 265. & *seq.* Uxor pro marito
in causis criminalibus *Capric. in decis. Neapol.* 143. quæ est sen-
tentia Speculatoris *Tit. de procurrat. §. Ratione igitur, n. 1. per*
l. 3. §. 2. ff. de liber. caus. Qui textus etsi loquatur de uxore maritum
ex servitute in statum libertatis vindicare volente, ex identitate
tamen rationis rectè extenditur ad mulierem, quæ ab injusta
in carceratione maritum liberare intendit, & quod mulier pro
marito incarcerato possit intervenire, agere, defendere, atque
etiam veluti domina litis procuratorem constituere decissum
decis. Rot. 16. aliàs 203. *de procurrat. incipit uxor*, cujus decissionis
duæ rationes traduntur: Quia uxor est conjuncta persona, quæ
potest sine mandato agere, & quoniam in carceratio injusta ma-
riti pertinet ad injuriam uxoris, cui maritus subtrahitur: Unde
non tam alterius quàm suam injuriam persequi videtur; *Wesemb.*
conf. 43. n. 142. 143. Nec Patri pro filio ex capite homicidii ca-
pitaliter accusato interventio videtur deneganda, uti *Dd. com-*
muniter sentiunt, quos allegat & sequitur *Cothmannus vol. 3.*
resp. 15. n. 22. 23. *Match. Steph. in not. ad ord. Crim. art.* 88. *Arum.*
lib. 1. decis. 17. ubi multis argumentis hanc sententiam probat,
& secundum illam à *Jctis Marpurgensibus & Jenensibus re-*
sponsum commemorat, Oldekop. observ. Crim. tit. 1. th. 13. n.
8. A qua tamen sententia *Dn. Scabini Lipsienses* in pronun-
ciando paululum recesserunt, ita ut Pater quidem filii sui absen-
tis defensionem atque innocentiam allegare & probare, partes
tamen & vices filii accusati suscipere, ac in processu ordinario
procurator rei esse & ad accusationem respondere non pos-
sit, ne sententiâ condemnatoriâ in absentem latâ, judicium
eludatur, *Carpz. in pract. Crim. part. 3. q.* 105. *num.* 82. *vid.*
Dn. Tabor. Tract. de confront. pag. 204. 205. Sic etiam mulie-
ris interventionem pro marito absente & cujus copia haberi
non potest, supremus senatus *Frisiorum 15. Julij Anno 1606.* ad-
misit; Cum propter absentiam sæpè quid permittatur, quod
aliàs non concederetur, & absentia ejus cujus consensus requi-
ritur

ritur, quandoque faciat, ut sine ejus consensu actus rectè expediatur, ut in terminis tradit Barbof. *ad l. si longius. 18 §. filiusfam. n. 46. 47. ff. de judic. facit text. in l. fin. §. ubi autem. C. de bon. qua. lib.* Alcanius Clementius in tract. de patr. potest. effect. 4. n. 24. 25. Videtis Johan. à Sande in decis. Senat. Fris. lib. 1. tit. 5. defin. 1. Potest itaq; quis non tantùm pro se, sed & pro alio intervenire; Nihil enim vetat, cur tutor, curator, procurator &c. pro maiore domino intervenire nequeant, cum illi sint loco Domini, hic verò ex mandato agat, & perindè est, ac si ipsi, quorum causa propria est, interveniant, Umm. *disp. 11. tb. 1. n. 4.* Et in genere absque mandato intervenire possunt, qui pro aliis sine mandato ad agendum admittuntur, de quibus vid. Umm. *disp. 3. n. 32. & disp. 11. n. 4.* Ita tamen horum omnium absque mandato interventionem procedere monent P. Frid. *Mind. lib. 3. proc. c. 8. m. 9.* Umm. *d. disp. 11. n. 4.* si de rato caveant, aut iudicatum solvi promittant, l. 12. *C. de procurat. l. 3. §. 2. jud. solv. l. 1. C. quib. res jud. non noc. nec non si de præjudicio agatur avertendo, non inferendo, quomodò pro patre, per sententiam gravato, filius potest appellationem interponere, introducere & persequi, Christin. decis. 98. in consil. Feud. Et ita iudicatum in Parlamento Gratianop. testatur Papon. *de arrest. lib. 19. n. 7.* Et hinc quoque procedit, quòd eum, qui insultum facit cum armis contra parentem, fratrem vel proximum consanguineum tuum licitè possis occidere, parenti vel proximo ex justa defensionis causa assistendo, Hippol. de Marsil. *in l. 1. ff. de fideiuss. & tract. de fideiuss. n. 232.* Et hæc tamen de personis.*

VI. Ut autem interventio legitimè fiat, præcipuè requiritur, ut interveniens jus & interesse in causa agitata habeat; Hi enim, quorum non interest, audiri non debent, *per e. veniens. 38. de testib. Vant. de nullitat. tit. quis possit dicere de null.* Et nisi de hoc ante omnia doceat, non est admittendus interveniens, Grævus *conclus. pract. ad Gail. 69. consid. 1. num. 1.* Hartm. Hartm. *obs. 10. Carpzov. in resp. lib. 3. tit. 2. resp. 21. num. 6. Marburg. vol. 1. consil. 18. n. 59. Gratian. discept. forens. cap. 232. n. 7. 8. 37. 38. & cap. 439. n. 25. & seqq. Martin Uramius in lectur. ad cap. veniens n. 4. & seq. X. de testib. Uti in Cam.*

B

Imp. ju-

RIED
ERS.
ALLE

Imp. judicatum Anno 1578. 14. Aprilis. In Sachen D. Jorden von F. wider K. in specie B. belangend: Ist der Bescheid: Wofern D. Brenstin sein in dem am 7. Martii jüngst gehaltenen Decis angezogenes Interesse, wie recht/bescheiden wird, daß solches gehört werden und darauff ferner ergeben sol/was recht ist. Barth. *part. 5. pag. 370. lit. G.* Et Anno 1585. 16. Novembr. In Sachen der W. und zu J. wider weiland Herrn E. J. Herzogen zu B. jetzt desselben hinterlassenen Sohn Vormünder: Ist der Bescheid: Wofern Dr. Bohetms sein angeben Interesse in der eifern Rissen und darinn verwahrte documenta specificiren und bescheiden würde/ daß alsdann auff ferner Anrufen beschehen sol/was recht ist. Barth. *d. part. 5. p. 1085. lit. B.* Item Anno 1580. 1. Decembr. In Sachen Herrn K. Bischoffs zu D. wider Herrn E. & consortes, beklagte/ Mandati ad pœnam dupli: Ist D. Nammingern den 15. Novembr. Jüngst die J. Vormünder belangend/ gebetene Zeit/ was sich zu handeln gebührt/ zugelassen und angefetzt; Mit dem Anhang 10. daß ihm alsdann sein Interesse zu deduciren/der Weg benommen seyn sol. Barth. *p. 5. p. 634. lit. E.* Est itaque hic articulus præjudicialis, qui prius terminari debet, Umm. *d. disp. 11. num. 6.* quo deficiente, punctus interventionis collapscit, cum cessante causa, cesset effectus; causa autem, quod quis intervenire possit, est interesse, prout eleganter hac de re differit Hiltrop. *in proc. jud. p. 22. tit. XI. de intervent. n. 62.* quam rationem, quod nempe interesse ante omnia sit probandum, gravissimam & piissimam nuncupat P. Frid. Mindan. *lib. 3. de process. c. 8. num. 3.* quia absurdum foret, si cuius indistinctè interventio concedatur; Possit enim per calumniam, malitiam & lasciviam suscipi, in ipsarummet partium litigantium instructionibus & inductionibus tertius intervenire, qui judicium turbaret, impediret, protelaret, & ita lites, quas finiri Reipublicæ interest, immortales redderet. Hinc prudenter facit iudex, si, talem malitiam præsumens, tertium istum adeo temerè & proptervè intervenientem non admittat & à limine iudicii repellat; Quia maliis hominum non indulgendum, sed omnibus modis obvieniendum, per 8. §. *con. struimus, ff. de Reivind.* ne facile ad litigandum procedant.

cedant homines, quod severe prohibet sacratissimus Imperator Justin, *in princ. Inst. de pen. rem. lit.* Conf. Gail. 1. *obs.* 70. n. 20. & *obs.* 113. n. 12. ubi expresse dicit: Quod iudex contradictionem tertii, tali malitiae praesumptione gravati, curare non debeat. Et hoc in praxi probe observandum monet Ruland. 4. *de commiss.* lib. 8. c. 8. n. 3. Rosbach, *proc. civ. tit.* 47. n. 23. Quae tamen sententia Gailii & Rulandi non probatur Unmio *in proc. disp.* 11. *th.* 1. n. 6. qui statuit, intervenientem cum suo interesse audiendum, si illud non semiplene sed plene probet. Notanter tamen hic monent Berlich, *part. 1. conclus.* 25. n. 56. Dn. Brunnem, *in proc. Civ. c.* 13. num. 6. si praesumptio malitiae, collusionis & fraudis non omnino elisa sit, arbitrio iudicis relictum esse, juramentum desuper intervenienti deferre, quod ab omni malitia suspicione se urget, quo casu ita pronunciari solet: Würde interveniente, daß sein Suchen nicht malitiosè, noch gefährlicher Weise, sondern seines interesse wegen geschehe / Eidlich erhalten; So ist Beklagten auff intervenienten, vorbringen sich einzulassen schuldig. W. R. W.

VII. Probationem illam interesse intervenientis sufficit fieri summarie, semiplene & in continenti, Roland. à valle. *Vol.* 2. *cons.* 4. n. 3. & *vol.* 1. *consil.* 1. num. 31. quia scilicet talis probatio est praebambula & preparatoria, non autem decisoria, & tantum eo sine requiritur, ne interventio malitiosè & ad processum extrahendum fiat, Myns. *cent.* 2. *obs.* 1. n. 3. Befold. *consil.* 250. num. 56. Alex. Trentacing *lib.* 2. *tit. de judic. resol.* 16. n. 10. Carpz. *lib.* 3. *respons.* 21. n. 8. Dn. Brunnem, *in proc. civ. c.* 13. n. 6. Gail. 1. *obs.* 69. n. 5. 6. ubi pro exemplo ponit: Quod si tertius instrumentorum vel actorum editionem peteret, non debeat audi, nisi imprimis de suo interesse docuerit. Quin & prudens atque discretus iudex nunquam articulos admittet interventionales, priusquam interveniens de suo interesse summarie ostenderit, docente Hiltrop, *prac. jud. tit.* XI. p. 2. num. 59. Unde etiam iudices tali casu sententiam ita solent formare: In Sachen N. N. Klägers an einem / N. N. Beklagten am andern und N. N. intervenienten dritten Theils / erkennen wir, daß die intervention gestalten Sachen nach, weil kein interesse

bescheiniget / keine Statt hat / B. R. W. Atque illam summariam & semiplenam probationem per juramentum intervenientis, vel per unum testem aut instrumentum aliòve qualicunque modò fieri posse, tradunt Dd. Mascard, *de probat. conclus.* 114. n. 15. Wesenb. *conf.* 100. n. ult. Vant. *de nullit. tit. quis poss. dic. de nul.* Befold. p. 5. *Conf. ult. n.* 56. Nec reprobatio testium respectu personarum vel dictorum admitti debet, tradunt Carpov. *in proc. tit. 4. art. 2. n.* 42. *cum ibid. alleg.* Zang. *de Except. part. 3. cap. 26. n.* 137. quippe per quam processus haud paràm retardatur. In continenti verò hic quando probatum esse dicatur, non utique inter Dd. convenit. Receptor illorum est opinio, qui asserunt, certum tempus non esse constitutum, sed ex judicis discreti arbitrio illud statuendum notant Grævus: *Concl. pract. ad Guil. 70. consid. 1. n.* 3. Hartm. *observ.* 10. *vers. Et quia talis terminus.* In terminis Wesenb. *conf.* 100. n. ult. Menoch. *de A. 7. Q. 18. n.* 9.

VIII. Quale autem interesse à parte intervenientis prætendatur, ad rem nihil facit, sive enim pecuniarium sit, sive quodcunque aliud, quod juris autoritate pro se habet, perindè fuerit, saltem requiritur, ut (1.) illud non sit fictum, sed verum, formatum & apparens, ceu loqui amant Dd. Hinc excluditur illud, quod *in dubio vel futuro esse*; causamq; sui necdum existentem habet, v. c. si duo de obventura hæreditate, vel alio quopiam exiguo, quod sperant, lucro contendant, Ille autem cujus hæreditas speratur, alterutri horum de jure suo vel bonis non nihil præ alio largiatur vel cedat; Tali casu is qui non minorem spem succedendi habet, frustra intervenit, quia ipsi jus vel interesse necdum formatum est; Viventis enim nulla est hæreditas, & spe futura successioneis arbitrium & moderatio rerum suarum domino non adimitur. Alia tamen ratio esset, si de feudo ageretur antiquo & familiari; In eo enim si vassallus in præjudicium successoris vel Domini pro suo arbitrio quid disponat, aut committat, ille qui est de genere & familia, cui feudum constitutum est, interesse jam formatum habet, adeòque intervenire rectè potest. Et rectè statuunt Dd. feudum antiquum voluntate Domini & vassalli in præjudicium interessentium, quibus ex prima investitura

jas.



ius est quaesitum, jure novi feudi concedi non posse, Gail. *lib. 2. observ. 49.* Marpurg. *vol. 2. cons. 11. n. 67. & seq. & consil. 18. n. 42. & seq.* Mynsing. *cent. 2. obs. 94.* ubi notat, in causa quadam feudali Nobilium de **Roden** contra curatores juniorum Marchionum Badensium hanc sententiam in Cam. Imp. esse approbatam, qui hanc sententiam *cent. 4. observ. 83.* ita restringit, ut ea fallat, si fiat illa mutatio feudi expressio & formali vel tacito & virtuali consensu agnatorum, Vultej. *defend. cap. 8. n. 7. vers.* Atq; hic Gail. *2. obs. 49. n. fin. ibi 3.* Grav. Requiritur (2.) circa qualitatem istius interesse, ut sit pertinens & idem cum causa principali vel jure, quod litigantes in judicium deduxerunt; Idedque non admittitur interveniens, si jus separatum & alienum alleget vel probet. Unde illud vulgatum apud Interpretes, interventionem non habere locum, si causae sint diversae, non idem negotium, nec eadem decisionis ratio, vel si jus tertii non sit exclusivum juris adversarii, Grav. *concl. 69. n. 2. P. Lancell. de attent. c. 12. ampl. 12. n. 10.* Vant. *de Nullit. tit. Quis pos. dic. de nul. n. 22. & seqq.* Carpzov. *process. tit. 4. art. 2. n. 38.*

IX. Ad videndum igitur, an pratensum jus seu interesse sit pertinens vel impertinens, adversae partis, contra quam interventio intentatur, patrono salutare consilium suppeditant Gail. *1. obs. 69. n. 1. 2. 3.* Grav. *concl. pract. ad Gail. 69. num. 5.* Hiltrop. *in proc. jud. p. 2. tit. XI. de intervent. n. 64.* ut scilicet articulos interventionales diligenter examinet, utrum ad causam principalem sint pertinentes vel non; & siquidem impertinentes & liris differendae gratia exhibitos animadvertat, excipiendo statim petat eosdem rejici, eo quod sint impertinentes, quodque jus separatum & alienum a jure principaliter in judicium deducto contineant, vel quod aperte liqueat, tertii nihil legitime vel revera interesse. Quinam vero articuli interventionales sint pertinentes vel impertinentes, tradit Gail. *d. l. Menoch. cons. 301. n. 20.* Quando igitur contra articulorum impertinentiam non excipitur contra tertium a parte, cui nocere potest interventio, probatio super interventionibus jure subsistit & tertio proficit, Grav. *d. concl. n. 5.* Cravett. *cons. 14. n. 7. & cons. 220. n. 45.* ubi etiam tradunt: si de pertinentia vel impertinentia

RIED
ERS.
ALLE



tinentia ejusmodi articulorum interventionalium non facis li-
 queat, quod tunc in dubio melius fuerit, interventionem ad-
 mittere; Indubio enim admittuntur potius, quam rejiciuntur
 articuli, *c. contingat, X. de offic. deleg. Dec. conf. 517. num. 3.*
Mascard. in verb. positio. num. 10. quod luculenter deductum
 in causa Birrmond contra Birrmond/ Et in causa Beshheimb con-
 tra Stolberg testatur Rütg. Ruland. *de Commiss. lib. 1. c. 4. n. 7.*
 Et hoc casu, quando scil. dubitatur, utrum articuli sint relevan-
 tes vel irrelevantes, pertinentes vel impertinentes, prudentis
 judicis est, eos non omnino rejicere, sed cum clausula (*salvo*
jure impertinentium) admittere; Quia securius est, superfluum
 admittere, quam necessarium omittere, Speculat. *tit. de positio.*
§. tertio videndum 7. Menoch. conf. 2. n. 8. tum quod in dubio
 eligi oporteat à giudice id, quod partibus minus est onerosum
 & præjudiciale, *per l. ex his. ff. que in fraud. credit. Dec. conf. 161.*
n. 1. in fin. Alexand. & Castrensis in l. 1. ff. si quis caut. Roland.
à Valle conf. 34. n. 1. & 2. vol. 3. sic etiam in dubio judex debet
 deferre appellationi, Speculat. *tit. de appellat. §. Nunc dicamus*
num. 5. Hartm. Hartm. tit. 10. obs. 8 num. 17. eamque non esse
 desertam, judicare, quia hoc pacto utrique parti consultitur, &
 jus alicujus non læditur, *Dec. d. conf. & conf. 28. n. 8.* item *conf.*
699. n. 14. & conf. 517. n. 3. temerè tamen hinc nihil statuat, ne-
 dum unam partem plus æquo juvare satagit, alteram gravet, ut
 rectè monet Oldendorp. *tit. de posit. & artic. vers. ceterum.*
 Operatur verò clausula illa, *salvo jure impertinentium*, dupli-
 cem potissimum effectum, tum à parte judicis, quod scil. si evi-
 denter postea in processu appareat, non fuisse admittendos ali-
 quos articulos, habeantur pro non admissis, & depositiones
 restium nullius sint momenti, Marant. *p. 6. tit. de positio. n. 33.*
 Panorm. *in c. cum contingat. de offic. deleg. n. 12.* tum à parte respon-
 dentis, ut responsiones pro non datis habeantur, si postea impertin-
 entes deprehendantur articuli, Vide latius hæc enodantem
 Gail. *1. obs. 8. n. 12. 14. & seqq. Menoch. conf. 630. n. 12. Franc.*
Monald. conf. 38. per tot. Peregrin. conf. 82. n. 15. Quod si verò
 aliqui articuli manifestè sint impertinentes, reliqui verò per-
 tinentes.

inertes, tunc iudex admissis his impertinentes & irrelevantes
 rejicere debet, Gail. *d. obs. n. 15.* Et ita in Camera sapius fa-
 ctum se meminisse ait, quod duobus aut tribus articulis rele-
 vantibus admissis, reliqui omnes tanquam impertinentes reje-
 cti fuerint. Add. Rutg. Ruland. *d. l. c. 5. n. 4.* ubi docet, quot
 modis rejectio talis fiat. Atque ut summatim dicam: Possunt
 hic considerari tres casus, (1.) Quando articuli interventiona-
 les sunt planè impertinentes, tunc à iudice sunt rejiciendi,
 uti in Cam. Imp. Anno 1582. 4. Aprilis est pronunciatum:
 In Sachen K. Klägern wider E. Beklagte Mandati sine clau-
 sula: ist erkandt: Daß Dr. Reißstocck fürgewendter Einred un-
 gehindert/ in Zeit 3. Monat/ so ihm von Amteswegen dazu ange-
 setzt/ glaublich Anzeig thun/ daß den aufgangenen Urkundens
 und reproducirten Käyserlichen Mandat alles seines Inhalts ge-
 horsamlich gelebt sey/ mit dem Anhang etc. Daß gedachte Be-
 klagte jetzt alsdann etc. Dann in puncto interventionis seind
 die Articuli den 18. Decembr. jüngst einkommen/ als zu dieser
 Sachen ungehörig/ nicht angenommen/ jedoch ist hiedurch Ihm
 intervenienten auch ermeldten Beklagten an ihrem angesogener
 Recht/ Gerechtigkeit und Privilegien nicht benommen/ sondern
 deswegen Spruch und Forderung gegen ihr Klägerin/ ob sie
 wollen/ gebührender Ort und Massen anzustellen vorbehalten.
 Barth. in *praedictis Camer. Imp. part. 5. pag. 768. lit. E.* (2)
 Aut articuli sunt pertinentes, & tunc illi sunt ad mittendi &
 ad libellum intervenientis agendi terminus praefigi solet, uti
 in Cam. Imp. 1579. 9. Martij decretum: In Sachen F. von S.
 jetzt dessen hinterlassene Wittib. E. von D. wider auch Waland
 E. von D. an statt E. seiner ehelichen Hausfrauen/ in specie F.
 von D. belangend: Seind Dr. Reißstocck und Dr. Augspurgern
 Ihre am 30. Septembr. beschene Wegehren abgeschlagen/ son-
 dern was sich auff articulirten interventionalem libell am 13. Nov.
 jüngst einkommen/ zu handeln gebührt/ gebetene Zeit zugelassen
 und angezett: Mit dem Beding/ etc. Barth. *part. 5. pag. 444.*
lit. G. Et Anno 1585. 26. Jan. In Sachen B. wider K.
 K. Abschmung des Bülserwerds belangend/ ist Dr. Eödelman
 auff libellum interventionalem den 5. Februarii Anno 65. und
 exceptio-

RIED
 ERS.
 ALLE

exceptiones contra Commissarios den 3. Septembr. Anno 75.
 Dr. Neßficken auff Additionales den 13. Octobr. Anno 75.
 fürbrachte / alles / fürgewandter Einred ungehindert / was sich ge-
 bühret zu handeln / auch Dr. Namingern an statt der am 16. Sept.
 An. 73. ernendte ander Appartheische zu Commissarien zu ernenn-
 ten / zeit 8. Monat pro termino & prorogatione von Amtes wegen
 angefehrt / Barth. *part. 5. p. 1017. lit. B. (3)* Aut verò de articulorum
 impertinentia non satis liquet, & tunc salvo Jure impertinen-
 tium sune admittendi, ut in Cam. Imp. Anno 1584. 2. Octobris
 pronunciatum. In Sachen Weiland E. D. jesso I. M. & con-
 sortum wider Bürgermeister und Rath der Stadt E. läßt man es
 bey denen durch Dr. Ficklern wegen ermeldtes E. M. fürbrachten
 gewälden und derselben repetition und Erklärung den 6. Novbris
 jüngst beschehen / bleiben / und der Bescheid: Daß Dr. Kühhorst
 die Sigilla und Urkunden am 17. Martii Anno 81. und 19.
 Junii Anno 82. einkommen / auffgerueckt / in heutiger oder nechst-
 folgender Audienz recognosciren oder diffinir soll / mit dem An-
 dang etc. Daß alsdann dieselbe für bekandt angenommen. Fer-
 ner seind die den 8. Octobr. ermelten 82. Jahrs übergebene Inter-
 ventional Articul aller fürgewandter Einred ungehindert / doch
 salvo Jure impertinentium & non admittendorum zu beweisen
 zugelassen / darauff Dr. Fickler / wie dann auch ad exceptiones,
 den 22. Novembr. Anno 83. fürbracht / in Zeit 8. Monat / so ihm
 pro termino & prorogatione von Amtes wegen dazu angefehrt / was
 sich gebühret / und in specie handeln / mit dem Anhang etc. daß
 als alsdann gedachte Articul für bekandt angenommen / ihm der
 Weg / Defensionales fürzubringen / benommen / die Sache in ober-
 meldten punctum exceptionum für beschloffen hiemit angenom-
 men sein soll. Dicitus Auth. *praesud. Cam. part. 5. pag. 983. lit. C.*
 & Anno 1558. 7. Decembr. In Sachen E. E. & consortum
 wider J. & Consortes seind die den 8. Maij / verschiene 33. Jahrs
 von wegen der Stadt angezogen interesse einkommener Articul
 beschehener Einreden unverbindert / doch salvo Jure impertinen-
 tium & non admittendorum zu beweisen hiemit zugelassen / und
 die Verlichstkosten derohalben auffgelaffen auß beweglichen Ubr-
 sachen



Sachen 3: gemeinander compensiret und verglichen Barth. p. 3. pag. 632. lit. E.

X. Illa difficultas sese hic offert, An ad probationem interesse solus titulus sufficiat? Negantem sententiam amplectitur Roland. à Valle. *Vol. 2. conf. 5. n. 4.* Pro qua sententia hæc ratio juris afferri posse videtur, quòd citra ullam traditionem nudis & solis pactis dominium non transferatur, licet id agatur in negotio gerendo, ut transeat, vid. l. 20. *C. de pact. l. si ager. 50. de R. V. l. quoties l. pen. C. eod. l. 6. C. de hered. vel abt. vend.* Hinc in dominio est potior, cui res fuit tradita, licet alter in titulo præveniret, l. 15. *C. de R. V.* quod obtinet in contractibus onerosis & lucrativis, ut in emtione, d. l. 15. *C. nisi is.* cui res emta tradita est, sciverit, rem illam alteri prius esse venditam, *Gail. lib. 2. obs. 55. num. 11. Klock, tom. 2. conf. 42. n. 93. & n. 398. Barbof. ad d. l. 15. C. de R. V. & hanc sententiam Cam. Imp. secutam esse ex Meischnero tom. 4. decis. 20. colligit. Klock. tom. 2. conf. 21. n. 53. Brunnem. ad d. l. 15. C. Marburg. Vol. 4. conf. 46. n. 191.* Idem obtinet in donatione, *Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 21. dub. 20. n. 140. Marburg. Vol. 4. conf. 37. n. 1217.* In re emphyteutica duobus in emphyteusi concessa, *Alvar. Valasc. de jure emphyt. q. 14. n. 7.* Et in feudis, *Valasc. d. n. 7. Mynf. cent. 4. obs. 61. n. 15. & Marburg. vol. 4. d. conf. 37. n. 1192. & n. 1204. & seqq.* Hæc verò regula in d. l. 15. limitatur, ut cesset in omnibus casibus, quibus sine traditione dominium vel jus in re acquiritur, *Hartm. Pist. lib. 2. q. 29. n. 6.* veluti in pignore vel hypotheca, in qua is præfertur, qui primus pecuniam credidit & jus hypothecæ acquisivit, l. 4. *C. qui pot. in pign. 3. l. 11. ff. eod.* hoc enim in casu nuda conventionione jus in re constituitur, & pro re consequenda actio in rem Serviana & quasi Serviana sive hypothecaria competit, §. 7. *inst. de Act. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 6. th. 2. lit. B. verb. hypotheca,* Et tract. *de Action. disp. 3. th. 32. & de pignor. lib. 1. cap. 3. n. 2. Marburg. vol. 4. d. conf. 37. n. 1214.* Et sic creditorum conditio non ex traditione sed ex conventionione est æstimanda, l. 2. *C. de remis. pign. l. 15. in princ. & §. 1. & ult. ff. de pignor. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 22. n. 2.* Porro si res sit purè legata, hujus rei domi-

C

nium

RIED
ERS.
ALLE



nium statim à morte testatoris rectâ via id est sine fact'o heredis
 transit in legatarium etiam ignorantem l. à titio 64. ff. de fure.
 l. 77. §. 3. l. 80. legat. 2. l. 40. de noxal. act. Menoch. conf. 413. n. 3. lib. 4.
 presumt. 199. n. 2. Thom. Merckelb. in conf. Klock. tom. 3. conf.
 104. n. 34. & seq. In beneficiis Ecclesiasticis ante traditionem vel
 acquisitione possessionis acceptatione collationis jus in re acqui-
 ritur, c. 17. de preb. in 6. Covarr. lib. 3. var. resol. cap. 16. n. 3. Aloyf.
 Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1658. Aug. Barbof. ad Cod. Enm
 cui 7. n. 2. & c. tibi absenti 17. n. 4. de prebend. & dignitari in 6.
 Marpurg. vol. 4. d. conf. 37. n. 1226. In his itaque casibus suffi-
 cit, si interveniens probet titulum, quo probato interventio est
 admittenda; Interveniens ob prioritatem tituli, posteriori; non
 obstante possessione, quam hic est nactus, est præferendus, uti
 in casu quodam eleganti responderunt Juri Helmsstädienses,
 quod responsum à spectabili Dn. DECANO communicatum
 ita habet: Auf vorhergeschicktes Vericht. Schreiben/worüber und auf
 die daraus formirte zwey Fragen wir unsere in Rechtsen gegrün-
 dete Meinung zu eröffnen gebeten worden/ Erkennen wir Decanus,
 Senior und andere Doctores der Juristen Facultät zu Helmsstädt/
 nach beschener fleißigen Verles- und Erwegung für Recht und
 zwar auff die ersten Frage: Ob wol de Jure Canonico die resi-
 gnationes præbendarum pro certo aliquo pretio facta schlecht
 Dings verbotten/ und pro simoniacs gehalten werden; Dieweil
 jedoch solche Dispositio bey denen der Augspurgischen Confessio
 zugethanen hohen und Collegial- Stifften nicht obferviret wird/
 sondern vielmehr per diurnam consuetudinem dergleichen Resi-
 gnationes gegen Abstattung eines gutwilligen honorarii einge-
 führt worden/ So halten wir davor/ daß solches noch igo leicht
 geschehen/ und eine præbende also resigniret werden könne. So
 viel aber auff die andere Frage/ die jenige præbende, wovon in facti
 specie die questio ist/ betrifft; Ob wol der Stiffts Senior vor
 seinem Ende dieselbe an Herrn Steffen Lemken den Jüngern re-
 signiret, dieser auch nach dessen erfolgten Absterben vom Rev. Ca-
 pitulo die wärcliche possession laut der Verlage lit. C. erhalten/
 und es also scheinet/ als könnte des Herrn Consulentes Sohn/wel-
 cher zwar die preces primarias vor sich hat/ sich dawider gar nicht
 setzen.



seyen / Die weil jedoch die beschehene resignatio an und vor sich
 selbst ziemlich suspect, zu mahln dem renunciante nicht unwissend
 sein können / daß die den 3. Martii vorhero insinuirte preces pri-
 marie von dem ganzen Capitulo gebührend acceptiret, und da-
 bey dem Precisten die beständige Versprechung wegen erster vaci-
 zenden præbenden / und dero würeklichen Collation beschehen / über
 dem der Precista die Collationem vel quasi des Juris Canoniz
 per factam primariorum precum acceptationem erlanget / und
 Er also deren per factum alterius nicht wieder einsetzen werden mö-
 gen / juxta expressum textum in c. si postquam 13. de præbend.
 & dignitat. in 6. So halten wir dafür / daß der Herr Consulente
 das Capitalum S. Gangolphi, zumahl dasselbe dem Resignatario
 die possession nicht simpliciter, sondern salvo Jure Precistæ über-
 geben / gar wol belangen / und alsdenn à judice, daß die dem Resi-
 gnatario ertheilte possessio nicht zulässig / sondern vor null und nich-
 tig zu erklären / hingegen die erledigte major præbendn dem Preci-
 sten cum omni utilitate vi precum primariorum & acceptatioe
 nis à Capitulo factæ zu conferiren, denen obgesetzten Ursachen und
 Umständen nach zu erkennen sey / von Drecht wegen. Urkundlich
 Wir dieses mit Unser Facultät Insezel betrueten lassen; So ge-
 schehen Helmstädt den 13. Augusti Anno 1666.

Vid. Dn. Hahn. de jur. rer. concl. 82. Stephan. Gratian.
 tom. 3. discept. forens. cap. 478. Ahasv. Fritsch. de Imp. primar.
 precum jure cap. 5. Klock. tom. 1. conf. 4. Conf. Grav. ad Gail.
 1. concl. 55. n. 2. ubi probat primam Principis concessionem esse
 præferendam posteriori, licet quis prior in possessionem venerit.
 Quin et si actione personali agatur, fieri potest, ut solo titulo
 probato, interesse factis probatum videatur. Si enim v. c. res
 emta, donata, promissa &c. petatur, quidni & tertius admittere-
 tur, probans sibi quoque rem emtam, donatam, promissam? &c.
 P. Frid. Mindan. lib. 3. cap. 8. m. 8.

X. Fit autem interventio dupliciter: Vel principaliter,
 cum quis pro suo proprio interesse ad impediendum vel remo-
 vendum agentem intervenit, & causam profequitur, l. 14. ff. de
 appell. Gail. lib. 1. obs. 122. n. 8. Joseph Ludovic. decis. Perusin.
 26. n. 27. part. 1. Vel accessorie, si tertius pro suo jure & inter-
 esse



esse ita intervenit litique se immisceat, ut ratione ejus unâ cum principali agente vel defendente causæ assistat & adhareat, eamque instruat, also/ daß er sich als ein mitinteressente angibt/ l. 63. ff. De Re Jud. l. 34. ff. solut. matrim. l. 19. C. de liber. caus. l. si suspecta 29. ff. de inoffic. test. Gail. 1. obs. 70. num. 1. & n. 19. It. 1. obs. 122. n. 8. Gilhaus. Arb. judic. cap. 5. ram. 2. num. 2. Herm. Vult. jurispr. Rom. lib. 2. c. 30. vers. sponte siipse Brunnem. in proc. Civ. c. 13. n. 2. Klock. cons. 133. n. 64. vol. 3. Emer. à Rosb. proc. civ. tit. 47. n. 2. 3. Umm. proc. jud. disp. 11. th. 3. & 4. n. 11. 12. Carpz. in resp. Eleet. 3. tit. 2. resp. 21. Possunt itaque proprio motu & sua sponte pro Dominis directis intervenire litique assistere quicumque habent jus in re, utpote usufructuarius, habens servitutem urbanam vel rusticam, vasallus, emphyteuta, superficiarius, colonus ad longum tempus & sim. quando scilicet Dominis super proprietate ædium, fundi aliusve rei controversia movetur; Interest enim eorum, ne Domini causâ cadant, cum ista illis iis scientibus ventilata & postmodum lata sententia illis damnnum & præjudicium asserat; Resoluto siquidem jure dantis, resolvitur quoque jus acceptantis l. 31. ff. de pignor. & hypoth. E diverso directi etiam Domini intervenire possunt pro his qui jus in re habent, si hi contra tertium turbantem super proprietate rei Dominis scientibus agant, vel defendendo litigent, qui propter præjudicium, quod ex sententia contra habentes jus in re lata Dominis directis inferatur, cautè faciunt, si pro iis mature interveniant Udalr. Zasius ad d. l. saepe 63. ff. de re jud. Hac ratione etiam Dominus habet facultatem agendi vel interveniendi pro interesse suo adversus molestantem subditos, vasallum vel hominem proprium, Bernh. Grey. cons. l. 125. ad Gail. 1. Paul. Christin. decis. cur. Belg. in Consuet. feud. decis. 102. n. 2. Nec tantum ratione juris in re sed & juris ad rem interventio locum habet. Sic si fidei jussor debitorem, venditor sive auctor emtorem, maritus uxorem ratione dotis &c. periclitari in agendo videant, de interesse suo docentes intervenire & causæ assistere possunt, l. Ab executor 4. §. 3. 4. ff. de Appellat. l. à sententia 5. ff. eod. Et viceversa, si debitor de proprietate pignoris, maritus de proprietate rei in dotem acceptæ, venditor de proprietate rei emta agent, tunc oportet.



oportet creditorem, socerum vel uxorem, itemque emtorem, si sciant, intervenire & assistere contra eos, qui injustè ad rem pretendant, per l. 63. ff. *De Re Jud.* Item: Si quaestio domini debitori moveatur à tertio, quod res hypothecata ejus non sit, vel si debitor rem oppignoratam à tertio vindicet, potest creditor propter jus pignoris intervenire & liti assistere. E contra, si creditor super proprietate pignoris litem ingrediatur, debitor, ad quem jure domini ea res pertinet, se interponere potest. Idemque legatariis vel cohæredi conceditur, v. c. Si hæres scriptus vel cohæres non satis accuratè causam testamenti defendant, P. Frid. Mind. *lib. 3. de contin. caus. c. 8. m. 8. n. 13. add. l. 2. principaliter 19. C. de liber. caus.* Pari jure hæres venditoris emtori motà controversiâ super re vendita, adesse liti & defendere causam possunt, per *l. x. in l. si parentes 20. C. de evict.* Nec minus socero & uxori, si super re dotali maritus litigat, quod facere potest, juxta *l. doce ancillam 9. C. de Rei Vind.* intervenire & liti assistere permittitur.

XI. Cæterùm, ad excludendum litigantes pro suo jure & interesse principaliter intervenire potissimùm licet, quando inter litigantes collusionis suspicio intervenienti suboritur, Gail. 1. *obs. 70. n. 19.* veluti, si quis in cohæredum præjudicium se condemnari patiatur; Tunc enim alter hæres intervenire, collusionem submovere & de jure suo ostendere potest. Vel, si hæres institutus victus fuerit ab eo, qui de inofficioso agebat, legatariis & qui libertatem acceperunt, permittendum est appellare, si querantur per collusionem pronunciatum, vel in fraudem suam transactum esse, *l. à sententia 5. ff. de Appellat.* Add. *l. si per lusorio 14. ff. eod. & Auth. Nunc si hæres C. de litig. l. si suspecta 29. ff. de inoff. testam.* qui *l. xxx.* apertissimè de collusionem agunt. Sic etiam manifestum instituta ad submovendum interventionis exemplum deprehendere licet in *l. 34. ff. solut. matrim.* Ubi contra Titiam filiam à Sejo marito divortium facientem & nihilo minùs contradicente marito dotem à judice repetentem intervenit Titius pater, filiam non solum in potestate sua esse sed & consentire sibi probans eandem à petitione dotis submo-
vet, sibi que omnem actionem arrogat, non attento, quod mul-
lier

RIED.
ERS.
ALIE



lier se matremfamilias jactet & ob id se rectissime de dote agere excipiat.

XII. Neque verò hoc insuper & leviter habendum, An quis principaliter & ad submovendum, an verò accessorie sive ad assistendum litique adhaerendum interveniat, siquidem teste Berlich. *part. 1. conclus. 27. num. 7.* magis & egregie admodum inter hæc invicem intercedunt differentia. Quamvis enim communiter dicatur, debere intervenientem litem in eo statu suscipere, in quo est tempore interventionis, *c. ult. Hi qui X. Ve lit. pend. Meischner Tom. 3. decis. 32. Myning. cent. 3. obs. 72. & cent. 5. obs. 14. it. obs. 33. cent. 6. n. 1. Cacheran. decis. 38. Natta conf. 99. Gail. 1. obs. 71. n. 11.* id tamen solummodo procedit in illo, qui accessorie & ad assistendum liti intervenit, Menoch. *conf. 319. & lib. 2. cent. 1. cas. 18. n. 2. de Arb. Jud. Quest. Honded. conf. 25. num. 27. vol. 1. Paul. Christin. decis. 269. vol. 1. n. 2. 3. 4. 5.* Hinc intervenientis procurator ad protocollum ita ferè dictare solet: *Übergebe ich diese deduktion und petition Schrift (oder gegenwertige interventional Articul) pro interesse mei principalis, welcher uhybtig ist / die Sache in dem Stand / in dem sie sich iho verhält / zugleich mit Klägern (oder Beklagten) anzunehmen / und bittet ihn zuzulassen; prout eleganter tradit Gilhaus, in Arb. Indie. p. 1. c. 5. ram. 3. num. 11.* Sic princeps vel Dominus interveniens ratione publici interesse pro suis subditis, non potest de novo agere nec causam cum aliis communem & ex eo in Camera pendentem avocare, ut notatum in causa *Abt und Convent zu Sanct Stephan in Straßburg* (contra Comitem in Stolberg) teste Rurg. Ruland. de Commissar. *p. 4. lib. 8. c. 8. n. 5.* Qui verò principaliter & ad submovendum pro solo suo jure & interesse intervenit, in tantum litem in eod. statu acceptare non tenetur, ut etiam post litem contestatam exceptiones dilatorias opponere & publicatis attestationibus super iisdem vel directo contrariis articulis alios testes producere, quin imò coram eodem iudice novum libellum, novam litem contestationem, novas probationes, & in universum novum processum instituere possit, Grav. ad Gail. *1. conclus. pract. 71. n. 8. Franc. Monal. conf. 49. per tot. Umm. ad proc.*

proc. jud. disp. 11. ch. 4. n. 12. Brunnem. proc. civ. c. 13. n. 15. Berlich. part. 1. concl. 25. n. 58. Quin & Fiscus pro suo interesse interveniens, planè revocat causam ad suum iudicem, lsi minori 3. C. de jure Fise. Decius conf. 700. n. 8. Rutg. Ruland. de Commis. far. part. 4. lib. 8. c. 8. n. 8. eleganter Dn. Mevius part. 4. de eis. 186. Peregrin. de jur. Fise. lib. 7. tit. 1. n. 11. in fin. Nec non tertius interveniens in tantum saepe partibus rei defungitur, ut etiam privilegium sui iudicis allegando, domum revocare causamq; eò ubi cepta est, advocare possit; Corn. conf. 79. sub fin. vol. 4. Mynsing. cent. 5. obs. 14. & cent. 6. obs. 33. quod ipsum prolixius exemplificat P. Frid. Mind. lib. 3. de contin. caus. c. 8. m. 17. n. 43. Plures notabiles differentias inter intervenientes principaliter ad submovendum & illos qui accessorie liti se immiscent, fortè in progressu disputationis deprehendere licebit.

XIII. Quocunque autem modo sive principaliter sive accessorie interventio fiat, in ipsa liti disceptatione haud aliter quàm intervenientes solent appellari. Hoc tamen differentia ex duplici illo modo resultat, ut, si pro se principaliter quis interveniat, tertius quasi litigans consideretur, tertioque loco in sententia ponatur, qui tamen si vel actori vel reo assistat, illi adjungitur nec tertium litigantem facit, ad eòque verba sententia in ipsum non concipiuntur. docente Herm. Vult. *Jur. pr. Rom. c. 3. 6. num. 170. sub fin. vers. si interveniat neutri, Gail. r. obs. 122. n. 8.* (ubi ita in Camera Anno 1569. 11. Februar. in causa Jacobi Ehlingers contra Ablatem Gyllenbach pronunciatum testatur.) Proindè etiam formulae sententionandi ita ferè concipi solent: *In Sachen N. N. Klägern an einem/ N. N. Beklagten an andern/ so dann N. N. intervenienten dritten Theils. Vel si interveniens actori assistat: In Sachen N. N. Klägern und N. N. intervenienten an einem/ N. N. Beklagten anders Theils re. Aut si reo assistat: N. N. Klägern an einem/ N. N. Beklagten/ auch N. N. intervenienten anders Theils re. Carpvov. in process. tit. 4. art. 2. § 1.*

XIV. Prædeductis his operam nostram haud malè locabimus, objectum materiale interventionis idque aptum & habile paucis contemplaturi. Tradunt autem Dd. unanimi ferè consensu.

RIED
ERS.
ALLE

consensu, eam in omni causa locum habere, adeo, ut ubicunque tertius læditur & præjudicium patitur vel pati quoddam potest, interventionis beneficio id præcavere & avertere suumque interesse vindicare possit. In causis itaque civilibus præprimis sibi locum vindicat interventio; Nec refert quale judicium fuerit susceptum, an summarium, an ordinarium, petitorium aut possessorium, Frid. Mind. *lib. 3. de cont. caus. s. 9. th. 11. n. 1. 2.* Brunnem. *de proc. civ. c. 13. num. 9.* Wensb. *conf. 100. num. 12.* Mynsing. *ad cap. veniens 10. X. de rest. & arrestat.* De quo posteriori nota: Quod, si duo litigant in possessorio recuperandæ, tertius se possit objicere pro suo interesse & agere petitorio, & possessorio agens non attentâ litis pendentis exceptione, teneatur illi ante restitutionem respondere, docentibus Mynsing. *cent. 2. obs. 1.* Rosbach. *proc. Civ. tit. 47. n. 11.* Ruland. *de Commiss. p. 4. lib. 8. c. 8. n. 12.* Marpurg. *vol. 3. conf. 22. n. 26. 27. 28.* & ita in Cam. Imp. in causa Oldenburg contra Münster das Haus Delmenhorst *be arrestat.* ob intervenientes tertios restitutio est denegata, uti notat Umm. *disp. 11. th. 4. n. 12. in fin.* Meischner. *in decis. Cam. tom. 3. decis. 13. n. 144. 145.* Grav. *ad Gail. lib. 1. conclus. 70. conf. 1.* Similiter in causa spoli, si spoliatus petat restitutionem, tertius autem interveniat, probaturus dominium, catenus restitutio suspendenda, donec de jure intervenientis constiterit. 30. §. 1. ff. *de pos.* quam legem explicat Grotius *de 7. B. & P. lib. 2. c. 10. n. 2.* Menoch. *remed. 1. recuper. poss. num. 361. 372.* Umm. *disp. 11. th. 2. n. 9.* Berlich. *d. l.*

XV. Nec minor interventionis usus est in jurisdictionibus & causis publicis, v. g. si Principi, Comiti vel alii Magistratui competat privilegium de non avocando de non arrestando, cives verò vel subditi nihilominus in alieno foro vel loco subjectionis aliove intuitu lite pulsentur, conveniantur seu detineantur, tunc meritò Dominus ratione sui interesse & privilegii in illo judicio inferiori comparere, intervenire, jura sua allegare & subditos avocare potest. Si verò in Camera vel alio judicio superiori conveniantur, tunc non per modum avocationis sed per viam exceptionis declinatoriæ ob privilegium
exena-



exemptionis interventio procedit, Carpov. *J. F. R. S. p. 1. conf. 3. def. 31. n. 2. 3.* Andr. Gail. *1. obs. 40. num. 2. & seqq. & obs. 41. num. 7.* adeo ut iudex in causa procedere ulterius nequeat, priusquam causa interventionis fuerit iudicata, & si quid contra subditos attentatum, ante omnia debeat revocari, veluti egregio præjudicio in causa der *Ilmenauischen Seiger und Messinghändler Kläger an einem Joachim Eschländerbachens Erben Beklagte an andern und Aetorn Syndicen des Stahts zu Nürnberg* interventientes dicitur Theils 1625, pluribus confirmat Berlich *p. 1. conclus. 25. n. 6. 7.* Sic etiam, si subditus alieni Magistratus jurisdictionem prorogare velit, potest intervenire Magistratus ordinarius, Hillig, ad Doncl. *lib. 17. c. 10. lit. N. Brunnem. proc. Civ. c. 13. n. 4.* Lancellott, *de arreat. part. 2. cap. 6. n. 71.* Merckelbach, *in consil. Klocken. tom. 1. conf. 37. titum. 135. 136. tom. 1. conf. 72. 73. consil. 2. num. 53. 54. consil. 71. num. 132. & seqq. & num. 218. & consil. 10. num. 667. & seqq.* Similiter nec clericis permissum est jurisdictionem iudicis tacite vel expresse prorogare absque consensu superioris. Quia tale privilegium fori non est personale, sed toti Ordini Ecclesiastico publice indultum, per *ix. in c. significasti & in c. si diligenti §. fin. de for. comp.* Grav. ad Gail. *lib. 1. conclus. 37.* Et tali casu Abbas sive præpositus cænobii recte intervenit; Item si duo monachi invicem litigant, Felin. *d. cap. Mindan. d. l. m. 1. cap. 9. num. 3.* si tamen clericus sit vasallus privilegio fori non fruitur, sed eorum dominio feudi laico vel paribus curiæ laicis se sistere debet, Mynsing, *cent. 1. obs. 22. vers. sic etiam iudex laicus* Menoch. *de retinend. possess. rem. 3. n. 397.* Grav. ad Gail. *lib. 1. concl. 37. consid. 4.* Hac quoque ratione vasallus non potest in alterius jurisdictionem expresse vel tacite invito Domino consentire, quod si fecerit, nullius est præjudicii prorogatio, sed Dominus recte intervenire eumque avocare potest, per *ix. in cap. Imperialem §. præterea si inter. de probib. feud. alien.* quod tamen multis in casibus fallere notat Felin, *in cap. ceterum n. 6. de re jud.* Grav. ad Gail. *lib. 1. conclus. 40. consid. 1.* Curt. jun. *de feud. part. 1. quest. 5. n. 19.*

D

XVI Por

RIED
 ERS.
 ALLE



XVII. Porrò interventio admittitur in causis matrimonialibus, de quibus jucundum casum adducit Mindan. l. 3. de contin. caus. c. 9. thes. 1. num. 2. his verbis: si virgo ubi desponsata alii velit nubere hoc est magna miseria, qua matram interventionem desiderat, precipue si virgo sit honesta, dives & pulchra; quo casu pulchrè docet Gail. 1. obs. 112. n. 15, 16. quod pendente lite super sponsa, quam duo asserti sponsi petunt, ea sequestrari & copula interdici debeat usque dum lis seu causa illa terminata fuerit, cap. cum locum, de sponsal. & matrim. Cothman. vol. 1. respons. 1. num. 434. & seqq. Natta cons. 250. num. 9. part. 2. Debet autem sequestratio ista fieri potius apud honestam & insignem matronam, quam apud curatorem vel alium, ut Treutl. censet disp. 26. th. 11. cum, prout in simili ferè casu lepidè jocatur Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 26. th. XI. lit. F. periculosum esse possit, ovem committere lupo, & ejusmodi sequestro, qui alterum in possessione turbaret, & ipse fructus, pro quibus restituendis nulla cautio præstari potest, perciperet. Atque tali casu 20. Decembr. Anno 35. in Camera sequestrationem puellæ factam inter Gregorium Ganshorn contra Hans Meyern / ubi filia dicti Meyers nomine Sabina lite pendente apud honestam matronam fuit sequestrata, docet Gail. d. l. Quam etiam sequestrationem in pluribus ejusmodi casibus matrimonialibus locum habere solidè monstrat Kitzel. in synops. matrim. cap. 10. theorem. 13. lit. e. f. g. h. & cap. 3. theor. 20. lit. e. & f. Add. Cludius de sequestrat. cap. 5. cas. 8. num. 48. & seqq. Boccr. class. 1. disput. 12. thes. 63.

XVIII. Laudabiliter apud Christianos est receptum, ut antequam nuptiæ contrahantur, trinæ denuntiationes publicæ in Ecclesiis præcant, ad hoc, ut clandestina matrimonia & binæ nuptiæ evitentur, & quis scire & explorare possit, num quid habeat, quo interdicit illis nuptiis, Cothman. vol. 2. cons. 78. n. 103. Harprecht in Rubr. tit. de nupt. n. 121. ubi responsum Facultatis Theologicæ & Juridicæ Tubingensis à Besoldo conscriptum refert; quæ trinæ denuntiationes vim habent

per



peremptoria citationis, & teste experientia sub pena silentii emanare solent. Facta itaque trina proclamatione tertius interveniendo consummationem sponsaliorum vel matrimonii impedire volens non auditur, licet benedictione sacerdotali non fuerit consummatum, nisi proclamationem ignoraverit, vel juraverit se malitiosè non opponere, Bartol. Blarer: *Tract. ad L. Diffamari* 4. *C. de ingen. manum. c. 2. n. 3. vers. unde & hodie, & vers. verum ubi post trinam publ. & seq.* & ita Lipsienses mense Octobr. An. 1613. pronunciarunt, Berlich. *part. 1. decis. 76.* Carpzov. *jurisprud. Consist. lib. 2. tit. 8. defn. 137. 138.* Et quia in nuptiis liberorum requiritur consensus parentum, *pr. inst. de Nupt. l. 2. ff. de nupt. l. 7. l. 11. cum seqq. ff. de sponsal. Grot. de F. B. & P. lib. 2. c. 5. num. 10.* Argentoratenses *vol. 1. Consil. § 4.* Carpz. *in jurispr. Consist. lib. 2. tit. 3. def. 39. 40. 44.* illorum interventio, si liberi sine illorum consensu sponsalia contraxerint, est admittenda, uti quotidie fere in Consistoriis Ecclesiasticis fieri solet, Argentoratenses *vol. 1. cons. 53. in fin.* cujus interventionis effectus est, ut ob defectum paterni consensus sponsalia liberorum dissolvantur, & liberi penam arbitrariam carceris afficiantur; Nec enim cogi possunt parentes ut consentiant, si justam habeant causam dissensus, Petr. Heig. *part. 1. q. 22. n. 64. & seqq.* Carpz. *d. tit. 3. def. 52.* si verò nullam vel non justam causam dissensus habeant, liberi ex decreto consistorii etiam invitis parentibus nuptias contrahere possunt, ita ut consensus seu voluntas Magistratus seu Episcopi in Consistorio suppleat defectum paterni consensus, quia est communis pater Magistratus, *l. 4. C. de defens. civ. ut in casu interventionis à matre interposita* 7. Februar. 1612. in supremo Consistorio decisum refert & variis præjudiciis corroborat Carpz. *tit. 3. def. 53. n. 17.* Thom. Merckelb. *tom. 2. cons. 78. n. 27. in cons. Klocken.*

XIX. Huic interventioni quoque locus est, si Dominus sine justa causa subditis suis mandet & præcipiat, ne ab aliis quam à se cerevisiam emant, & panem coquant, quam in suo molendino & furno, aut simile quid jubeat, quod ante voluntati & libero arbitrio subditorum fuit relictum, talia enim mandata & prohibitiones in præjudicium aliorum, ac imprimis

RIED
ERS.
ALLE

Ecclesie, molendina vel furnos eodem loco possidentium jure non subsistunt, Boër, *decis.* 125, *num.* 4. Didac. Covarr. *ad. possessor.* in 2. part. *relect.* §. 4. n. 7. 8. Unde non dubitamus asserere, tertium adversus prohibentem utiliter judicio experiri posse, ut sublato mandato & abrogata prohibitione dominus subditos pristinae libertati & rem in integrum restituat, & non amplius prohibendo cautionem præster; Et ita in Dicalterio curiali vel provinciali Lipsiensi in causa oppidi Zauch contra Seppig judicatum, cujus sententiam in secunda instantia judices Appellationum in Aula Electoris Saxonie approbârunt, Andr. Rauchbar. *part.* 1. g. 24. Si verò illa prohibitio ob publicam utilitatem fiat, non obstante contradictione tertij, illa valida est & obligat, Cravett. *de antiq. temp.* part. 4. *vers.* cum præmissis n. 4. cum seqq.

XX. Præterea, quia mulieres in repetenda dote privilegio prælationis contra hypothecarios anteriores quamvis expressam hypothecam habentes gaudent, l. *affiduis* 12. C. *qui potior. in pign.* Nov. 97. c. 3. 4. uti in Cam. Imp. pronunciatum refert Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 13. & à Collegio Juridico Marpurgensi Gœdd. in *consil.* Marpurg. vol. 1. *consil.* 24. n. 301. Bachov. *de pign. & hypoth.* lib. 4. *cap.* 12. & ad Treutl. vol. 2. *disp.* 24. *th.* 75. *lit.* B. pag. 604. quâ prærogativâ etiam fruuntur illorum liberi, tanquam si mater adhuc viveret, d. l. *affiduis*. Paul. Christin. vol. 4. *decis.* 160. n. 15. Bachov. *de pign. d.* lib. 4. *cap.* 13. n. 2. interventioni locus est ad impediendam executionem in bonis mariti, ut dos salva maneat, quod publicè utile esse Jcti crediderunt, Mevius *part.* 4. *decis.* 59. Matth. Coler. *de process. execut.* part. 2. c. 3. n. 255. Cavendum verò est, ne mulieres jure competente in perniciem creditorum abutantur; Sæpè enim mariti asylum veluti quoddam in jure interventionis quarunt & collocant, & à mulieribus quasi tunicam contra fidem datam mutantur, daß die sich deren bedienen/den Weibern unter den Pels kriechen/ und darunter sich für ihren Creditoren verstecken/ quod ne fiat, in interventione mulieris prudens judex hoc observabit: (1.) An necessaria sit interventio; quæ necessitas exindè probatur, si mulier, nisi interposita interventione de suis secura esse non possit.

possit; veluti cum maritus ad inopiam vergat, vel à creditori-
bus sic urgeatur, ut post illorum satisfactionem nil vel parum in
bonis, ex quibus dos cum effectu repeti non possit, maritus re-
vincat. (2.) ut fiat eo sine & scopo, ut mulier suam dotem servet,
non ut creditores de suo consequendo certantes impediatur. (3.)
Ut interventio sit liquida, vel sine ulteriori processu liquida fieri
possit; Si enim est altioris indaginis, non suspenditur executio
debiti liquidi, sed ita procedi debet, ut interveniens audiatur,
illique in omnem eventum cautionibus prospiciatur. (4.) Non
appareat potiorē esse conditionem ejus, contra quem mulier
intervenit. (5.) Ut nulla alia sint bona, ex quibus mulieri satis
fieri possit; Si enim aliās prospectum sit mulieri, non habet lo-
cum interventio Anth. Faber in *Cod. lib. 5. tit. 7. def. 40.* (6.)
Ut sit tempestiva interventio re integra; Quæ requisita exami-
navit Dn. Mevius *part. 5. decis. 57.* Quando itaque interventio
mulieris non est liquida, sed altioris indaginis, illa remittenda
est ad processum peculiarem, reservato in eventum jure suo in
rebus mariti, quæ alii adjudicantur, Dn. Mevius. *d. part. 5. decis.*
58. Illud hinc notandum, quod licet mulier præferatur ratione
dotis creditoribus mariti, hoc tamen fallat ex jure separationis.
Si itaque maritus, qui in alterius hereditatem vel bona successit,
sit mortuus, vidua illius post separationem in antecessoris bonis
nihil prærogativæ habet, imò nec quidquam jûris antequam
hujus creditoribus sit satisfactum, *t. t. ff. de separat.* Dn. Mevius
part. 4. decis. 178.

XXI. In ultimis voluntatibus non minorem usum habet jus
interventionis; Sic, si institutus heres in testamento petat im-
missionem in bona defuncti testatoris ex *l. ult. C. de Edict. D.*
Hadr. toll. mater, cujus officium est, eum, quem in utero habet,
tueri, intervenire & contradicere potest; Is enim qui in utero
est, quantum ad ea, quæ illius commodum respiciunt, pro nato
habetur, *l. qui in utero est 26. ff. de stat. hom.* At natus utique est
legitimus contradictor; Ergo & in utero constitutus; accedit
20. in l. 1. §. 14. & 15. ff. de ventr. in post. mul. quod etiam
procedit, licet uterus sit recens, ita ut de prægnantia probabi-
liter constet, *l. 1. §. per calumniam ff. de ventr. nom. mul.* ubi Jctus

RIED
ERS.
ALLE



inquit: per calumniam in possessione fuisse videtur, qua sciens privansque se pregnantem non esse, voluit in possessionem venire; Ex quibus verbis elici potest, supponere Ictam mulierem etiam per calumniam se pregnantem asserentem in possessionem venire, quod etiam ex superioribus verbis colligitur, dum inquit: debet prætor, quemadmodum facilis est circa bonorum possessionem mulieri dandam veneris nomine, ita calumniam ejus impunitam non relinquere; At quomodò prætor facilis erit, si tunc demùm possessionem daret, quando certò & liquidò constaret, mulierem esse pregnantem, & nullam subesse calumnie suspitionem? Sufficit ergò ad hunc effectum, ut mulier immitteratur, quòd de calumnia non constet, ut hoc eleganter deducit Cæsar de Argelo *de legit. contradict.* q. 14. art. 4. Porro si ponamus statuto vel consuetudine loci cautum, ut maritus aliquam dotis partem lucrari debeat, & heredes uxoris in omnia bona dotalia in solidum immissionem contendant, maritus justam habet causam contradicendi & interveniendi adversus coheredes uxoris; Hoc enim casu maritus respectu partis ad ipsum spectantis cum titulo & què potenti possidet, Cæsar de Arg. q. 13. art. 9. Et heres est legitimus contradictor & interveniens ob detractionem legitimæ & Trebellianicæ ad eum effectum, ne fidei commissarius immitteratur, nisi facta priùs tali detractione, Castrens. lib. 2. consil. 270. n. 3. *vers. breviter.* quod non solum in ipso herede gravato sed & in herede heredis, in quem jus detrahendi legitimam est translatum, obtinet, Cast. lib. 2. consil. 198. n. 3. Imò licet heres acceptaverit testamentum, in quo fuerat prohibita detractio legitimæ; quia pro renunciatione legitimæ expressa renunciatio est necessaria, nec sufficit simplex aditio hereditatis, Peregrin. *de fidei com.* art. 36. n. 93. Cardin. Mant. *de consuet. ult. volunt.* lib. 7. tit. 8. n. 7. & seq. nec immitterendus est fideicommissarius, quamvis hic præstitit cautionem de restituendis detractionibus Cæsar. de Arg. d. *Traff.* q. 13. art. 5.

XXII. Sed quid si filia sit instituta heres in testamento & petat immissionem in possessionem bonorum, An agnati interveniendo contra immissionem ex *l. ult. C. de Edict. D. Had.*
1011.



67

coll. eo prætextu juris, quòd bona sint feudalia, impedire possint?
 Et dicendum, nisi agnati sint in possessione & doceant qualita-
 tem bonorum feudaliū, quòd filia non obstante contradic-
 tione agnatorum sit immitenda in possessionem bonorum, Mer-
 ckelb. *in consil. Klock. 2. consil. 33. num. 73.* Achil. *Personalis de*
ad. pisc. possess. n. 109. Menoch. *remed. 4. recup. n. 379. & n. 381.*
 Thom. Michael. *in consil. Klock. tom. 2. consil. 7. num. 95. & seq.*
 Mynsing. *cent. 5. obs. 25. n. 8.* in dubio enim præsumuntur bona
 allodialia Cæs. de Argel. *de legit. Contrad. q. 18. art. 1. 2. 3. 4.*
 Gylman. *in Symphorem. tom. 1. part. 1. tit. 7. n. 86. & seq.* Quòd
 si verò agnati bona illa possideant, & in continenti probent qua-
 litatem feudalem, omninò sunt legitimi contradictores, Argel.
d. q. 18. art. 6. 7. & q. 19. art. 2. 3. 4.

XXIII. Jus coquendæ & vendendæ cerevisiæ civitatibus
 antiquitus expresso privilegio vel tacita concessione est indul-
 tum, Treutl. *consil. 107. incipit: auff der Röm. Käyserl. Majestat/*
ibi: So viel die Stadt betrifft/ ist kein Zweifel/ das dieselbe das
Brauen anders nicht als ex concessione Principis ex provisione
juris Saxonici habet; Atq; hinc sæpe decisum, quòd ne nobilis qui-
dè hoc jure in suis prædiis uti possit, Franc. Pfeil/ vol. 2. cons. 220.
n. 30. l. 3. C. de commere. & mereat. l. ne quis C. de dignitat. sunt enim
 hæc potissima civitatum commercia, die Städte sind unter andern
 auff Backen und Brauen als gemeine bürgerliche Nahrung gewied-
 met. Schrader. *cons. 44.* qui contra Schurfium statuit, Nobili-
 bus esse prohibitum respectu nobilitatis cerevisiam coquera
 & venalem exponere, non tamen ratione fundi, addita hæc
 ratione, quòd is qui fructus ex fundo percipit, facultatem ha-
 beat eisdem vel in aliam formam mutatos vendendi. Verùm
 non est hoc concludens argumentum; aliud enim est fructus
 ex fundo natos vendere, & aliud ex frugibus cerevisiam coque-
 re & dividere, vid. Berlich. *part. 1. decis. 31.* Et hæc prohibitio
 non tantum ob splendorem nobilitatis, sed ob perniciem quæ ur-
 bibus hinc infertur, subsistit, Carpz. *7. F.R. Sp. 1. c. 6. d. 4.* Dn.
 Mev. *p. 2. d. 2.* Illa elegans quæstio hic moveri potest: Si princeps
 alicui nobili vel clerico concedat ein Schenk auffzurichten? An
 ea vicinis civitatibus præjudicet, ita ut se huic nove operi oppo-
 nere:

RIED
 ERS.
 ALLE



nere non possint? Quod negat Johannes Fichard. *Consl. German.* §1. *incipit*: Es haben sich vor ecksthen Jahren &c. Cum enim Domus Teutonica zu Emolendinum zu J. emisset, & Anno 1480. privilegium impetrasset eine offene Schenckstace/wann sie wolten/ daselbst auffzurichten; illud vero jus per 90. annos omisit, ac post tantum temporis spatium successores demum illo jure uti vellent, civitas C. ordini illi sese opposuit, & quidem hoc argumento, quod illa nova taberna in perniciem & interitum totius civitatis vergeret, vid. Dn. Tabor *de jure cerevis.* c. 2. 3. Sed quid si civitas habeat privilegium de non vendendo cerevisiam extraneam intra milliare, an vi illius concessionis prohibere possit, ne alii quis cauponam vinariam vendat? Quod negant Scabini Lipsienses Carpzov. *part. 2. decis. 104. n. ult. & d. part. 2. decis. 103. n. 13.* verba enim privilegii sunt strictè interpretenda, nec de casu ad casum extendenda.

XXIV. Denique in causis quoque criminalibus interventio procedit, aded ut tertio etiam absque mandato intervenire sit integrum, sive ei, qui ad ultimum supplicium ducitur, sanguine junctus sit sive non, idq; humanitatis ratione, quã omnes inter nos devincimur; unde omnem provocantẽ deq; innocentia rei probare volentem audiri oportet, etiamsi ipse damnatus sententiã acquiescat, aut dum perire festinat, nolit admittere, ut alius provocet vel appellationem interponat, ceu disertis verbis divinẽ & christianissimẽ loquitur Ulpian. *in l. Non tantum 6. ff. de appellat.* palmaria autem ratio, quod etiam invitus hic defendatur, hæc est, quia nemo dominus membrorum suorum, per *liber homo 15. ff. Ad Leg. Aquil.* Carpz. *in pract. crim. part. 3. q. 115. n. 11. & 12.* ubi elegans habet responsum in illo casu quo frater & agnati pro incarcerato se defendere nolente interveniunt. Ist einer/ vort welchem einer Frage melde/ wegen beschuldigten Diebstahls/ dessen er doch nicht geständig/ zur Dafft gebraucht worden. Ob er nun wol seine defension zu führen sich selbst nicht erklæret; Da aber dennoch seine Brüder und Andern darumb ansuchen/ und des Befangenheit Unschuld auszuführen/ sich anbietere würden etc. So würden sie billich gehöret/ und zugelassen/ und ehe und zuvor uff solche defension zu recht erkant/ mögte wider requiriten fermer nichts fürge

fürgenommen werden D. N. W. Mense Jan. Anno 1629. Cæterum alia quoque ratione in iudicio criminali interventio locum habet, veluti, accusatione criminali contra aliquem super commisso delicto instituta, potest tertius intervenire, & civile iudicium contra reum accusatum instituere, Cravett. *conf.* 58. *per tot. & conf.* 14. n. 21. Sic quoq; fure capto & criminaliter accusato dominus rei furtivæ conditionem furtivam ad restitutionem rei ablatæ instituere potest, Hiltrop. *proc. jud. p. 2. t. XIn.* 74. Plures quidem adduci possent causæ, circa quas interventio occupatur, ne tamen iusto prolixiores simus, missis his de iudice interventionis competente paucis disquiremus.

XXV. Ex communi autem Pragmaticorum & Doct. opinione interventio locum habet coram omni iudice, coram quo principalis causa agitur, tum ordinario, tum delegato; ne scilicet causæ continentia dividatur, & apud diversos iudices veniatur, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, l. 10. C. de *judic.* tum quod litigantes in eundem locum facilius coire possint, l. 1. & 2. ff. de *quibus rebus ad eund. jud.* Dn. Struv. *Ex. XV.* th. 46. Est enim interventio quasi quæstio quædam incidens, quæ ob causæ connexitatem à causa principali separari nequit, ad eoque apud eundem iudicem inter easdem partes litigantes expedienda, Gail. 1. *obs.* 70. n. 2. & *obs.* 71. n. 2. P. Frid. Mind. *lib. 3. de contin. caus. c. 8. m. 11. n. 27.* Umm. *dispr. ad proc. jud.* 1. *th. 2. num. 7.* Berlich. *p. 1. conclus. 25. num. 17.* Brunnem. *proc. civ. c. 13. num. 7.* Gilhaus. *Arb. iudic. c. 5. ramusc. 2. n. 5. & ramusc. 10. n. 51.* Mynsing. *cent. 1. obs. 4.* Menoch. *lib. 1. de A. 7. Q. conf. 371.* Cardin. Tuschus. *concl. 976. lit. C.* Et licet delegata jurisdictio five commissiones sint stricte juris, Thom. Michael *de iurisd. conclus. 142.* ad eoque non comprehendant nisi expressa in rescripto c. *super de off. & pot. jud. de leg.* id tamen non procedit in emergentibus connexis & accessoris, *per ex. in c. prudentiam §. sexta nobis & §. si verò de off. & pot. jud. deleg.* Gail. 1. *obs.* 70. n. 2. quippe quæ ejusdem cum causa principali sunt naturæ & qualitatis; Tum quod ei, cui jurisdictio data est, simul ea data videantur, sine quibus ea expediri non potest, l. 2. ff. de

E

ff. de

FRIED
ERS.
ALIE

ff. de jurid. Jam verò delegata & commissã causa plenè & planè explicari non potest, nisi & de jure intervenientis cognoscatur, Mind. l. 3. de contin. caus. c. 8. num. 27. Quare procedit interventio, etiamsi delegatio sive commissio ad illam solummodò causam inter certos litigantes sit facta, imò quamvis commissio de admittendo tertium nihil cantet, Græv. ad Gail. i. concl. 70. n. 24. Erhard. Fabricius in Gail. enucleat. circa d. obs. 71. Dissentit Rutg. Ruland. de commiss. lib. 5. p. 1. cap. 9. n. 5. 6. Requirit tamen vulgò Dd. ut tota causa sit commissã; Nam si particula tantùm vel certus actus delegetur & committatur, coram eo interventio locum non habet, Brunnem. proc. civ. c. 13. n. 8. Berlich. part. 1. concl. 25. n. 17. Quòd si verò iudex delegatus vel commissarius præmaturo forsan partium consilio obreptitiè & per collusionem in tertii præjudicium sit impetratus, interventurus illud tanquam gravamen prætereundum potest, Mindan. d. l. c. 8. m. 12. n. 28.

XXVI. Hoc jus interventionis non tantùm coram omni iudice, coram quo principalis causa ventilatur, locum habet, sed etiam coram arbitro; distinguit tamen Mindan. l. 3. de contin. caus. c. 8. m. 12. n. 28. inter arbitrum juris & compromissarium. De illo veluti auctoritate ordinarii & superioris Magistratus confirmato statuens, nullum superesse dubium, quin coram eò tutò liceat causam interventionis introducere: De hoc verò, utpote sola partium voluntate electo & constituto, rem non ad eò esse expeditam, attento, quod scilicet compromissum illud, tanquam res inter alios acta, tertio nocere vel præjudicare non debeat, tum quòd huic tantum de illis, super quibus in eum compromissum fuit, judicare liceat, c. cum dilectus X. de Arbitr. Menoch. de A. 7. Q. lib. 1. quest. 45. n. 9. per tot. adeòque extraterritorium jus dicenti impunè non pareatur; tum quòd aliqui possent collusionem quadam compromittere, & ita eos quos fortè interventuros scirent, fori privilegio privare & delecti seu compromissarii arbitrio eosdem etiam invitos subicere, contra l. 2. §. Item si, vers. sed & si agunt ff. de iudic. Itaque coram tali iudice interventio procedit, si quis sponte & ex libera voluntate interveniat; adeò ut invitus non cogatur præterquam si
iplum

ipsum causa per consequentiam saltem concernat; alias statuit Mindanus, ipsum ordinarium adire posse, ut causam ad se vocet, facta inhibitione arbitro de non ulterius procedendo. Existimat verò Ummius *diff. 11. th. 2. n. 7.* intervenientem indistinctè vel necessariò coram arbitro & prorogato iudice comparere, vel quiescere debere, donec litigantes iudicium susceptum expederint.

XXVII. Haud incommodè hìc quæri posse videtur, An etiam prædictos iudices ut suspectos recusare possit interveniens? Et quamvis hìc Gail. *1. obs. 71. n. 8. & obs. 72. n. 8.* indistinctè tradat, recusationi legitimis ex causis locum esse, idque ob generalem illam rationem connexorum, quòd scilicet eo ipso, dum interventio tanquam antecedens permittitur, consequenter etiam recusatio permittenda sit cum suis defensionibus, connexis & annexis, *cum inter 3 cap. cum super de off. deleg. Afflic. Decis. 235. in fin. Vant. de Nullit. tit. 4. Quis possit de nul. aded, ut etiam post litis contestationem tertius recusare possit, aliasque exceptiones dilatorias opponere, Dec. in c. cum super n. 1. de offic. iud. deleg. quod fortè tutius ita intelligendum, ut scilicet se opponat & recuset, antequam se intromittat. Nam si ante litis contestationem interveniat, post eam exceptiones opponere non debet. Huic tamen non aslipulatur Mind. *lib. 3. de cont. caus. c. 8. th. 11. n. 37.* sed excipit iudicem ordinarium, statuendo, cum non recusari posse ut suspectum, sed tum petendum potius, ut alius eidem adjungatur.*

XXVIII. Non intempestivè hìc subjungitur, quo modò interventio fieri possit. Norandum itaque quod illa fiat vel per modum actionis, vel per modum exceptionis, veluti nullitatis, Vant. *de nullit. tit. quis possit. dic. nul. n. 15.* quod utrumque iterum procedit vel in prima instantia, vel in secunda nempe appellationis, vel in ipsa executione. Nunquam enim via interveniendi tertio præclusa, (dummodò, ut jam supra dictum de jure & interesse suo summarie & debito modo iudici fidem faciat, Gail. *1. obs. 70. n. 4. Cravtt. conf. 14. n. 3. lib. 1. Hiltrop. proc. iud. p. 2. tit. XI. n. 67. 68.* aded ut sapius etiam extrajudiciali interventione opus sit, quod sit v. g. si cohares ante factum

FRIED
ERS.
ALIE

famil. eriscunda iudicium vel legitimam divisionem velite
des, fundum seu aliud quippiam ex hereditate vendere, tunc
enim alius itidem haeres intervenire potest, & assumtis Notario
& testibus eintorem praemonere, ne emat, sub protestatione &
comminatione, si contra factum fuerit, quod omnem de iure
competentem ratione damni & interesse actionem sibi in eum
salvam & reservatam velit; Vel iudicem loci accedere pos-
sum, & monstrato apud eundem meo interesse venditionis inhi-
bitoriales impetrare. Et hac ipsa ratione semper intervenire
possum, si quis rem mihi venditam, locatam, oppignoratam &c.
alii vendere, locare & oppignorare velit, *Mindan. l. 3. de contr.
caus. c. 9. m. 1. n. 1. 2.*

XXX. In prima instantia in quacunque parte iudicii,
tam ante quam post litem contestatam, atque sic in principio
medio & sine liti intervenire licet, *Gail. 1. obs. 70. n. 4. Grav.
ad Gail. 1. conclus. 70. n. 5. Hartm. Hartm. lib. 2. obs. 10. tit. 3.
num. 1. Rosb. proc. civ. tit. 47. n. 13. Gilhaus. arb. civ. c. 5. ram.
2. n. 6. sive ad excludendum & submovendum, sive ad assisten-
dum & adhaerendum liti tertius interveniat, Umm. proc. jud.
disp. 11. th. 3. n. 10. Dissentit Joseph Ludov. decis. 26. n. & seqq.*
Hinc queritur: An tertius publicatis jam attestacionibus interve-
niens alios de novo testes possit producere eosque facere exami-
nari? Et dicendum, quod omnino id procedat, si quis princi-
paliter pro suo interesse intervenisset, dummodo scivisset, litem
agitari; Nam si alterutri assistere velit, non auditur, sive scie-
rit, sive ignoraverit, quia in eodem statu causam acceptare
debet *Gail. 1. obs. 71. n. 13. 14. Covarr. pr. 9. 14. Berlich. p. 1.
concl. 25. n. 58. & seqq. Umm. d. disp. 11. th. 3. n. 11. seq. P. Frid.
Mindan. d. l. c. 2. th. 4. n. 8. Grav. ad Gail. 1. conclus. 107.
confid. 1. num. 44. 45.* Sic nec inconvenienter hic quaeri-
tur? An etiam in prima hac instantia libello articulado vel
summario itemque liti contestatione semper opus sit? Et si-
quidem submovere velit litigantes vel alterutrum, suumque
speciale interesse vindicare, interveniens, dubium non est id re-
quiri. Nec enim aliàs doceri iudex posset, quodnam & quale
interesse pretendat. Ad assistendum autem sive accessorie in-
terve-



terveniens libello per principales litigantes jam exhibito li-
teque contestata, libellum novum edere & litem contestari non
teneatur, Innocent. in cap. cum super de off. deleg. sed articulos
interventionales super jure suo exhibere & nondum publicatis
attestationibus novos testes desuper producere poterit, Gail.
d. obs. 69. & obs. 71. num. 9. 10. 11. Unde hujus intervenien-
tis procurator ita ferè ad protocollum dictare solet: Deming
hiebeyor A. Proceß außgebracht contra B. und aber N. wegen
seines merklichen habenden interesse Nothurfft erfordert mit in
lite zu seyn/ so übergebe ich diese articulos interventionales, mit
Bitte dieselbe in Recht zuzulassen und den Gegentheil darauff zu
procediren anzuhalten / ceu pulchrè talem exhibendi forma-
tam præscribit Gilhaus, arbor. civ. cap. 5. ram. 2. n. 11. Quo-
modo autem hi ipsi interventionales per omnia legitime sint
conficiendi solidè tradit Rutg. Ruland. de comm. p. 3. de artic.
lib. 1. c. 3. quo modo in idem interrogatoria ad hos ab adversario
formanda idem d. tradit egregiè monstrat. p. 4. lib. 8. c. 8. per tot.

XXX. In secunda instantia nempe appellationis inter-
venire potest tertius l. 4. ff. de appellat. l. 5. 14. in pr. ff. eod. l. 20. C. de
evict. scil. appellationem ipsam pro suo interesse legitime inter-
ponendo & introducendo, eidem adherendo eamque prosequen-
do. Gail. 1. obs. 122. per tot. Brönnem. proc. civ. c. 13. n. 11. Gilhaus.
arbor. jud. ram. 2. c. 5. n. 9. Berlich. p. 1. concl. 25. n. 22. Mynf.
in cap. veniens 38. X. de test. & auct. n. 4. Cravett. consil. 220. n. 3.
quod beneficium tertio pro suo interesse competit, quamvis
scientiam litis agitatae ante sententiæ publicationem habuerit,
Vincent. Honded. vol. 1. cons. 75. n. 23. quod tamen cum hoc
temperamento est intelligendum, ut tunc demùm obtineat, si
tertius pro suo interesse principaliter appellare intendat, secus
verò, si saltè liti adsistat, hic enim si scivit litem ventilari, &
tacuerit, donec sententia publicata, appellationi non est locus,
l. 20. C. de evict. Damhaud. prax. crim. c. 98. uti responder
Vincent. Honded. vol. 1. consil. 25. n. 19. Borgh. Cavalcan. Fe-
viz. auct. decif. 10. n. 26. part. 1. Robert. Lancellot. de aucten-
tat. c. 12. ampliãt. 14. n. 15. qui tamen hoc ita declarat, ut tertius
ad appellandum non admittatur, quando omnes qualitates sen-
tentia

FRIED
VERS.
LALIE



sententiæ & causæ scivit, Græv. ad Gail. *lib. 1. conclus. 122.* Hinc sicuti dominus pro suo interesse agere potest, si subditus vel homo propius in re ad dominum pertinente injuriam patiatur, molestetur aut inquietetur, Frid. Hufan. *tract. de serv. seu hom. propr. c. 7. q. 4. part. poster. n. 71. 72.* Jacobin. *de homag. n. 11.* Gail. *1. obs. 125. & seq. & de pignorat. obs. 6 n. 12.* Lancelot. *tract. de attent. c. 12. limit. 50. n. 42.* Menoch. *tract. retinend. poss. remed. 3. n. 116. & seqq.* ubi probat, domino interdictum uti possidetis competere, quando servi ipsius glebæ adscripti turbantur, Joh. Sichard. *consil. feud. 9. n. 78. & n. 94. usque ad fin.* & ita in causa restituendi spoli in Cam. Imp. decretum referre Tilem. de Benign. *obs. Cam. obs. 13.* Ita etiam dominus pro suis subditis appellare potest, Lancelot. *de attent. c. 12. limit. 50. n. 42.* Joh. Wamel. *tract. appellat. seu in repet. cap. consuluit. 29. n. 3. 4. X. de appellat.* Græv. ad Gail. *1. conclus. 25.*

XXXI. Antequam autem tertius appellet, consultus omnino faciet, si iudicem adeat, qui sententiam tulit, ab eoque petat declarationem sententiæ, an etiam sibi præjudicatum velit; Vel dicere potest, se non sperare in sui absentis & non vocati præjudicium quicquam esse actum vel pronunciatum, & si quid forte factum, ut hoc revocetur & sententia restringatur. Quem in finem etiam candidè monet Contard. *ad l. un. l. si de moment. poss.* ut interveniens non facile appellet, ubi aliâ quâpiam viâ sibi consultum esse potest, præsertim cum litigantibus adhærere velit, ne scilicet acta iudicii sibi præjudicent. Quando itaque æqua animi lance ponderatis his tertius suum jus & interesse aliter factum tutum servare aut vindicare nequit, nisi interposito appellationis beneficio, tunc requiritur, non solum, ut intra decendum appellationem interponat, sed etiam nunciativè gravamina & causas exprimat, cur suâ intersit appellare à tali sententia, etiam definitiva; quamvis aliàs in appellatione à definitiva causæ expressio non requiratur; *per l. 2. ff. de appellat. Socin. reg. 14. Hiltrop. proc. jud. tit. XI. num. 80. Hartm. Hartm. lib. 2. obs. 10. tit. 5. num. 6. Achil. Personal. de adipisc. poss. n. 340. p. 254. Brunnem. proc. civ. c. 13. n. 12. Vant. de null. l. i. tit. num. 26. cujus differentie rationem adducit Gail. 1. obs. 122.*



obs 122. n. 5. Adhærens autem appellationi jam ab alio interposita necesse habet, ut intra decendium ratam habeat appellationem, c. ut circa de appell. in 6. c. non solent. 2. quest. 6. arg. l. bonorum ff. rem ratam hab. Vant. de nullit. tit. quis poss. dic. de nul. n. 29. Lancellot. d. attentat. cap. 12. ampliat. 12. n. 7. 8. part. 2. Gail. lib. 1. obs. 122. n. 5. ibique Grav. Quando denique tertius appellationem ab alio interpositam principaliter prosequitur, admittendus est, etiamsi ipse non appellaverit, per l. a sententia 5. §. 2. ff. de appell. l. ab executore 4. §. 3. ff. cod. Covarruv. pract. quest. c. 15. n. 1. per appellationem enim principalis jam suspensa est sententia, perque eam aperitur via appellationem prosequendi omnibus quorum interest d. l. 4. §. 3. ff. de appell. l. fin. C. cod. ita ut utrique parti tum appellato, tum appellanti licitum sit, beneficio hujus non deducta deducere, & non probata probare, per ea quæ habet Gail. d. obs. 122. n. 1. 2. & seq. Add. Hiltrop. d. tit. XI. n. 83. Grav. ad Gail. 1. conclus. 122. cons. d. 1. Costal. l. 16. l. a quo 57. ff. de re jud. Paul. Christin. decis. 98. consuet. feud. ubi etiam num. 7. statuit, quod victoria tertii appellantis pro suo interesse profit principali, qui non appellavit, per l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus, c. una sententia X. de appellat. Ad eò autem libera appellandi facultas tertio permessa, ut etiamsi princeps cum clausula (appellatione remota) causam commiserit, non tamen impediatur tertius appellare pro suo interesse, c. super eo d. off. deleg. Mynsing. cent. 1. obs. 3. Gail. 1. obs. 72. n. 5. quod ad eum, qui principaliter pro suo interesse ad excludendum agentem vel defendentem intervenit, restringit Berlich. p. 1. concl. 25. n. 28. ob rationem ibid. alleg.

XXXII. In ipsa executione interventio procedit, si litigantes sententiam inter alios latam tertioque præjudicantem in rem judicatam prolabi passi fuerint. Tunc enim tertius in puncto executionis intervenire, de jure suo protestari & sic executionem impedire potest, arg. l. si superatus ff. de pign. & hypoth. l. a D. pio 15. §. firerum 4. ff. De Re Jud. Franc. Viv. Neapol. decis. 3044 n. 3. Umm. Disp. 23. th. 6. n. 37. Wesenb. Conf. 100. num. 12. non modo in petitorio, sed & in possessorio, quando nimirum

inter

FRIED
VERS.
MALLE

interveniens verè possidet, Wesenb. *d. conf.* 100. n. 12. & n. 14.
 Mynf. *veniens* 38. n. 11. *X. de testib. limit.* 3. Alvar. Valasco *re-*
judicat. regn. Lusitan. consult. 55. ubi testatur ita in regio Senatu
 esse judicatum. Nec sententia in actione personali adversus
 tertium possessorem executioni mandatur, quamvis lite pen-
 dente emisset, Joan. Petr. Surd. *decis. Mant.* 306. n. 6. & ita
 Rotam Florentinam judicasse affirmat Borgn. Cavalcan. *Fiviz.*
decis. 16. n. 9. part. 1. per actionem enim personalem res non
 fit litigiosa, Matth. de Afflic. *ad constit. Neap. lib. 2. rubric.*
 41. n. 30. Peregrin. *de jure Fisc. tit. 6. n. 11.* licet ex causa habili
 ad acquirendum dominium ad ipsam rem consequendam prin-
 cipaliter agatur, ut fit in actione ex emto ad rei vendita, ex stipu-
 latu ad rei promissæ traditionem, Guid. Pap. *decis. Roman.* 479.
conf. 270. ubi ait, hanc opinionem esse communem, Cravett. *conf.*
 279. n. 1. in fin. qui falonem contrarium statuentem reprehendit,
 Vincent. Honded. *vol. 1. consili.* 20. n. 30. & seq. Grav. ad Gail.
 1. *conclus.* 10. & *conclus.* 113. *confid.* 1. n. 5. Hartm. Pist. *lib. 1.*
 9. 40. n. 9. Surd. *decis.* 172. n. 3. Vid. Frantzius *lib. 1. resol.*
 11. n. 28. & seq. Sed quid si venditor ignorans adversus em-
 torem litem motam etiam post decendum appellaverit, an exe-
 cutionem sententiæ impedire possit? Quod affirmat Casar
 Ursil. ad Afflic. *Neapol. decis.* 15. n. 35. & ita in magno regio
 consilio se advocato judicatum refert; contrarium tamen acriter
 tuetur Vincent. Honded. *vol. 1. conf.* 25. Ut igitur res sit
 litigiosa, consideranda est natura & affectio intentatæ actionis,
 an illa sit realis, personalis, vel mixta. In reali actione res fit
 litigiosa. *Nov. 112. c. 1. Auth. Litigiosa C. de litigios.* si lis sit de
 dominio, non de alio jure reali, pignoris vel servitutis, in hoc
 enim ipsum quidem jus in judicium deductum fit litigiosum,
 non verò res ipsa, *d. Nov. 112. c. 1. l. 1. C. eod. l. 2. C. de distract.*
pign. Menoch. *de presumt. lib. 2. presumt.* 97. n. 13. & n. 20. per
 dominium verò intelligitur non tantum verum, sed & utile,
 quale habent vasalli, emphyteutæ, imò & rerum incorporalium
 quasi dominium, ut sunt jura, præbende, &c. Peregrin. *de jure*
Fisci lib. 4. tit. 6. n. 7. Menoch. *de presumt.* 93. n. 11. Effectus
 rei litigiosæ est, quod executio sententiæ adversus alienantem
 lata



Iata, contra tertium illum, in quem res alienata est, sine novo processu fieri possit. Salicetus & Dd. communiter ad l. 2. c. 4. C. de litigios. Gail. l. 1. obs. 118. n. 2. Coler. de process. execut. 2. c. 3. n. 448. & seq. Nec interfit an tertius ille sciens an ignorans rem litigiosam emerit, Gail. d. obs. 118. n. 2. Nec opus fit novo processu, sed executio contra tertium rectâ fieri possit. Gail. d. obs. 118. n. 2. Lancellot. de attent. part. 2. c. 4. n. 462. si saltem citatio cum notificatione, quod res litigiosa effecta sit, præcesserit, Grav. ad Gail. d. obs. 118. n. 3. Menoch. de adipisc. poss. remed. §. nam. 137. quod declarat Frantzkius l. 1. resol. II. num. 98. 99. 100.

XXXIII. Ex supra dictis liquet, quomodo interventio tertii executionem rei judicate impediatur, quod etiam in ipso actu executionis procedit, teste Mynsing. ad c. veniens 38. de testib. & attest. n. 7. & seqq. Berlich. p. 1. conclus. 25. n. 47. Gail. 1. observ. 70. num. 15. Wefenb. p. 2. cons. 100. num. 12. & seqq. Myns. cent. 3. observ. 73. qui ex communi sententia Cameralium hos tres casus distinguit: Aut fit executio in re vacante, i. e. à nemine possessa, & tertius contradictor impedit eam, nisi contra illum sit præsumptio calumniæ, tunc enim sufficit cautio de indemnitate, nec suspenditur executio, vel nisi tertius sciverit talem causam agi, ut latius tractat idem Mynsing. in c. veniens 2. n. 9. X. de testib. Aut fit executio in re per alium possessa, & tunc poterit fieri executio in re petita, non obstante contradictione tertii. Aut est condemnatio facta in una re, & fit executio in alia, & tunc contradictor impedit executionem. Quando verò præjudicium tertii est inseparabile à præjudicio condemnati, tunc reclamatione tertii non obstante procedit executio, per c. veniens X. de sponsal. & matrim. Colerus consil. 2. n. 29. Item quando jus tertii altiorum requirit indaginem, aliter verò principalis litigans citius sua jura expedit, tunc, ne judicium proleatur, sub cautione prior sententia super eadem re executionis danda, l. is à quo 57. ff. de R. V. nisi jus tertii facta executione evanesceat Paul. Christin. decis. 98. consuet. feud. Schrad. de feud. p. 9. sect. II. n. 68.

FRIED
VERS.
TALLE

Intervenit in eo.
 suo, sic coram de.
 di: regis, condemn
 leonorahmi subit
 18, dec. 7.

XXXIV. Restat nunc, ut de fine & effectu interventionis agamus, sit autem illa ad triplicem effectum 1. ad assistendum litiganti 2. Ad excludendum litigantes 3. Ad impediendam executionem. Primo modo si fiat interventio, lis in eo statu debet assumi, in quo est, cum tertius ad iudicium venit, *c. fori Ut lit. pend. in 6. Umm. disp. 11. ib. 3. n. 11.* Sed ut res fiat clarior, hi casus sunt observandi: Aut lis mota intervenientem primario concernit, aut saltem per consequentiam; Illo casu iterum distinguimus, an tertius sciverit litem hucusque moveri, & tunc forsitan statuendum, tertium intervenientem eodem in statu litem suscipere teneri, quo est, cum ad illum venit, *d. c. ult. Ut lite pend. in 6.* quia per illam scientiam implicitè & virtualiter censetur omnia approbasse, quae hactenus fuerunt acta, in quibus terminis illa regula locum habet, quod praclusa viâ principali litiganti, etiam censeatur praclusa principali adherenti; An verò ignoraverit, & aliud statuendum videtur, ut intervenienti omnia iura salva sint, hoc enim casu integrum est tertio intervenienti novum libellum formare, post publicatas attestaciones aliis probationibus uti; ac ut paucis rem comprehendamus, lis ita est accipienda, ac si reverâ mota non esset; Si intervenientem per consequentiam lis concernat, dicimus, quòd lis in eo statu sit assumenda, in quo fuit, cum tertius intervenit; Ex quo hoc consuetarium elici potest, quod interveniens nec exceptionem dilatoriam à litigante intermissam opponere, nec publicatis attestacionibus posteriores probationes adducere, nec tertius aliquid facere possit, quod ipse principalis litigans non potest, vid. *Umm. disp. 21. ib. 2. n. 11.* Secundo modo si fiat interventio ad excludendum litigantes, & hic distinctio est adhibenda: An tertii finis & scopus sit, ut utrumque litigatorem, id est, reum & actorem excludat, & tunc dubio caret, quod interveniens litem in eo statu, in quo deprehenditur, assumere non teneatur, An verò ad unum fortassis reum excludendum; & distinctio est inter scientem & ignorantem intervenientem: Ille si cum litigantibus ex eodem fundamento jus suum deducat, saltem causâ assistere potest, causa in eodem statu durante, vid. *Umm. disp. 11. ib. 4. confer etiam quae supra*



663

5

supra th. 13. habentur. Tertio modo quando sit ad impediendam executionem, & tunc executio suspenditur, vid. Hiltrop. in process. part. 2. tit. 11. n. 85. Quando verò in executione interventio non est admittenda, eleganter explicat Dn. Mevius Jctus eminentissimus part. 5. decis. 334. Licet verò illa interventio in nonnullis casibus executionem non impediatur, non tamen simpliciter rejicienda, sed tantum seponenda, adedque intervenienti est prospiciendum, primò reservatione interventionis ad alium processum, deinde in eventum, si interveniens in lite vice rit, idonea cautione, uti in causa Bürgermeister und Raths der Stadt Sietz in intervenienten und appellanten contra Johan Scherenberg Anno 1657. decisum refert Dn. Mevius d. part. 5. decis. 335. Et talis cautio in puncto executionis à victore exigi & à iudice decerni potest. Nec obstat, si quis dicat, quod interveniens in continenti intendendo petitòrium, suum consequi possit, cum cautionis petitæ æquitas moram non ferat, l. 2. C. Quor. bon. actionis verò intendendæ ratio deliberationem aliquam secum trahat l. qui in petitòrio 36. ff. de R. V. & intermedio tempore, antequam intentatur actio, maxime sollicitum esse debere cum qui petit cautionem, apparet ex singulari illa formula cautionis, quam Salicetus refert, quod nimirum victor in possessorio iudicio, mediante fideiussione ac promissione, teneatur præstare cautionem de restituenda possessione in casum succumbentis, l. un. C. si de moment. posses. quam citat & sequitur Cæsar Conrad ad d. l. un. n. 12. 13. & in l. 1. n. 23. vers. veruntamen C. Vis possid. per verba tx. in d. l. un. ibi: ut omnis proprietaris causa servetur, quæ verba Bart. in l. 2. n. 9. de appellat. reip. ita explicat, ut iudex ab eo, cui restituit possessionem, debeat in ipsa executione prædictam promissionem & fideiussionem accipere, quem intellectum sequitur Angelus in l. fin. n. 1. vers. sequitur ff. de appellat. recip. vid. l. 37. ff. de R. V. l. 3. C. Quibus ad libert. proclam. tit. ff. & C. Vi legat vel fideic. nom. cav. l. 31. ff. de pet. hered. Sufficit verò interdum cautionem juratoriam præstari, qualis decreta in Cam. Imp. Anno 864. Febr. In Sachen Frau. A. gebührner von B. frei frau zu B. Klägern wider A. und Weyland P. von B. S. Brüder/ dessen nach gelassener Kinder

F 2

und

FRIED
VERS.
TALLE



und Erben verordneten Curatorem ad litem, in actis benam/ be-
 flagten/ so dan A. zu D. D. und B. zu D. allen von B. als ersten /
 auch E. von der M. und Conforten, Zweiten Intervenienten in
 puncto executionis & cautionis prästanda ist bekand/ das/ Klä-
 gerin gedachten ersten Intervenienten einige caution zu leisten
 nicht schuldig/ aber ermelte beflagte und zweite Intervenienten be-
 treffend/ ist der Bescheid: Wosern die Klägerin ihnen über die hie-
 vor angebotene/ auch juratoriam cautionem erstatten wird/ das/ sie
 alle und jede unbewegliche Güter/ so ihr hievor in possessorio an
 diesem Käyserlichen Kammergerichte zuerkand/ und durch die be-
 flagte albereit eingeräumt worden/ nicht verwüsten/ verderben/
 veröfen/ noch in einige Wege vereußern/ sondern in gutem wesent-
 lichen Bau und Besserung erhalten/ auch dieselben/ da es hernä-
 cher in petitorio mit recht erkant werden solte/ ermelten beflagten
 und zweiten Intervenienten, im standt sie (Klägerin) die empfan-
 gen/ zu sampt den auffgehobenen Klagen wiederum abtreten/
 würcklich restituiren und einräumen/ desgleichen vor die bewegliche
 Güter/ so viel deren nicht mehr vorhanden/ gebührliche Erstattung
 thun wolle &c. das/ alsdan die beflagten innerhalb 2. Monaten
 den neasten nach Erstattung solcher caution, so Ihnen pro termino
 & prorogatione von Amts wegen endlich und zu allem Überfluß da-
 zu angehöret/ gläublich Anzeige thun/ das/ denen hievor am 15. Apri-
 lis 23. 7bris und 26. Novemb. An. 77. auch 16. Junii und 28. Nov.
 &c. Anno 80. ergangenen Urtheilen so wol in possessorio adipi-
 scendæ als recuperandæ ein völlig gnügen geschehen sey / mit dem
 Anhang/ wo sie solchem also nicht nachkommen werden/ das/ es als-
 dan bey denselben Urtheilen nochmalts endlich bleiben soll. Meichl-
 ner. in Decis. Cam. Imp. tom. 3. decis. 15. pag. 594.

Atque hæc sunt, quæ pro instituti ratione in præsens de
 jure interventionis tradere visum fuit. Quæ altioris indaginis
 videbuntur, Benevolis Lectoris judicio committimus.

Gloria sit soli, qui regit astra,
 DEO!



ERRATA POTIORA.

Pag. 4. lin. antepenult. pro expesso leg. expresso pag. 6. in fin.
ib. 3. pro 257. leg. 278. pag. 10. lin. 33. leg. proterve. pag. 11. lin. 14.
pro malitia leg. malitix. ead. lin. pro urget leg. purget. Numerum
thesiu in Fn. XI. ad XVI. a d. lica unitate corrigat, pag. 22. lin.
9. dele Hi qui p. 23. lin. 24. lege Abbatem pag. 24. lin. 27. pro l. 30.
leg. 31. pag. 32. lin. 12. circa verba cauponam vinariam, adde in-
stituatur, & viam ead. pag. lin. ult. pro requisiten leg. inquisiten
p. 36. lin. 24. pro scivisset lege nescivisset. pag. 42. lin. 5. pro fori.
leg. ult.




FRIED.
 VERS.
 HALLÉ

X2615930

WDA





B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

9. *ridica Inauguralis* 642

DU
ione Tertij

S E U
erventionis, 1669, 1. 4

QUAM
VENTE GRATIA

EX
T **AUTHORITATE**
lissima & Amplissima
atis Juridicae

IN
SSO-SCHAUMBURG
AE S I D E

NHARDO
Gulken

d. longè celeberrimo, Facultatis Juridicae
Coniliario Hassiaco.
motore suo aeternum venerando,

CENTIA

URE HONORES AC PRIVILEGIA
ritè ac solenniter capeffendi.

Doctorum censura submittit
DOLPH Beder.

CTORUM diebus Decemb.

cebat G.C. Wächter/ Acad. Typographus,

